

Judex potest recusari in partibus, non obstante, quod procurator consenserit in Curia.

Cap. II.

Lect remissoria ad partes data fuerit, & procurator in iudicem in Curia consenserit, eorumque personas approbaverit, qui tunc erant absentes, & causas suspensionis concurrentes in partibus in tales iudices idem procurator ignoraret, tamen ab ipsis partibus, atquam si ea iudicium de nouo superueniret, recusari possit.

Licet remissoria. *Ex decisione Rotæ Romana 1. de officio delegati Joannis Mobeaudi.*

Judices per oppositantes eisdem crimina in aliis causis, ut suspensum recusantur. Cap. III.

Quando aliqui delegati adiuncti cum Curia recusantur, contra quos de gravibus criminibus opponitur, iniuncta inducitur, que ad ipsos de legatos recusandos sufficiens est, quoniam delegari, siue affessorum ex illa oppositio non ad iracundiam, & malevolentiam prouocantur, sicut quando crimen capitale, vel graue per viam accusationis inducitur, iniuncta causatur, ita etiam si in vni exceptionis opponantur. Ad recusandum iudicem suspectum, leuis iniuncta sufficit. Vtrum autem iuste, vel iniuste iniuncta causa processerit, non attenditur. Nemo iudicem suspectum dicere potest, qui culpam suspensioni dederit, sed nulla culpa opponenti imputari potest, quando iudicis delicta antea commissa fuisse, proponi poterat. Iniuncta per coniecturas probari, fas est.

Quando aliqui. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis. 324. parte 2. Francisci Marci.*

Ministri Gubernatoris sunt suspecti, quando ipse suspectus est. Cap. IV.

Quando gubernator est suspectus, omnes eiusdem Auditores, argue ministri, tanquam suspecti recusari possunt, quoniam eidem subiecti sunt, quando caput collegii suspectum est, totum ipsum collegium suspectum allegari potest. Maxima causa suspensionis est, si iudex ad petitionem alterius partis datus fuerit, quia & si datus teneat, tamen, in instanti parte, remoueri debet.

Quando gubernator. *Ex decisione Rotæ Persiana. 208. Iosephi Ludouici.*

Judex ordinarius suspectus an penitus remouendus. Cap. V.

Secundum iuris ciuilibus dispositionem ordinarius iudex, etiam legitime suspectus in totum non remouetur, sed datur adiunctus, sed secundum canonicam legem in totum a cognitione causæ, absque serupulo remouetur, & hoc iure in Regno vtiuntur. Si iudex recusatus procederet processus ipso iure nullus esset, causa autem suspensionis ralis esse debet, quæ probata, legitime autem iudex sit, si iudex parti inimicus fuerit, iusta reputatur, & qualicumque probabilis iniuncta causa sufficit, quia cuius questio animum criminalibus præbere solet. Iudex confanguineus, vel affinis aduersarij, uti suspectus est recusandus. Idem si habeat consilium legitimum. Consultor ad consulendum eligendus, uti suspectus recusat potest, iccirco electio, non nisi citatis partibus ad dandum iuramentum fieri debet.

Secundum iuris. *Ex decisione Regni Neapolitani 363. Francisci Vinij.*

Judex ordinarius recusari potest in criminalibus. Cap. VI.

Qui iurisdictioni præest, necque sibi ius dicere debet nec uxori, nec liberis, necque alijs, quos secum ha-

bet, idem in omnibus personis est, quæ intra succedendi gradus existunt, cum lites sine vlla suspitione esse debeant, & admodum datum sit eorum iudicium. Non suspensio iuris suspitione licet habere. Illa regula, quod ordinario suspecto datur adiunctus, non procedit, ratio ne inimicitia vigentis inter accusatorem, & accensum seu denunciatum, & denunciatum, ex qua iniuncta inducitur præsumptio iniuncta in ipso ordinario facta denuncians, cum iniuria facta fratri, alteri fratri si illa dicatur. Iniuncta est iusta causa Ordinarium recusandi, idem in præsumpto locum habere videtur. Illa dispositio quod ordinario suspecto datur adiunctus in ciuilibus procedit, Nam Episcopus, qui adiunctus dari consuevit in criminalibus non se intromittit.

Qui iurisdictioni. *Ex decisione Senatus Pedemontani. 15. Ottomiani Cacccherati.*

Synodus concilium generale, Senatus, an recusari possint. Cap. VII.

Quando caput est suspectum, & ceteri etiam, qui eidem subijti, suspecti sunt, At si remotus suspensus remanet synodus in numero perfectio, qui secundum causæ qualitate requiritur, tota synodus recusari non potest, Concilium generale, in quo præest Papa recusari non potest.

Quando caput. *Ex decisione Senatus Burdigalensis. 269. Nicolai Boerij.*

Vocatio pro palatio est causa suspensionis. Cap. VIII.

Eo ipso quod quis intentionem suam pro palatio dicens talem ius in causa non habere, tanquam suspectus recusari potest.

Eo ipso. *Ex decisione Rotæ Romana 38. de concessione præbende in Antiquis. & decisione Cappella Theoloziana 94. parte 1. Gerardij Moynardi.*

Causæ recusandi iudicem, & quando proponendæ. Cap. IX.

Multæ sunt causæ, ob quas iudex ordinarius, siue delegatus recusari potest. Quod si ex aliqua causa recusetur, interim eius iurisdictioni suspenditur, ita quod recusatione pendente, ad aliquem actum procedere non potest, & si procederet, processus nullus existeret. Exceptio recusationis omnium prima inter dilatorias esse debet, est si alia dilatoria opponitur, potestas iudici pro rogari censetur, ique prouocari, ut super ea pronunciet, & sic consensus inducitur, ut postea recusari non possit. Exceptio recusationis de nouo superueniens, in qua cumque parte litis obijci potest, etiam si in causa conclusum fuerit. Quod ita demum recipiendum esse dominum in Camera consueuerunt, si notione, & euidenter iudici constiterit, eam de nouo superuenisse.

Multæ sunt causæ. *Ex decisione Camera Imperialis 59. parte 1. Joachimi Misyngeri. & decisione Cappella Theoloziana 95. parte 1. Gerardij Moynardi.*

Commissarius accedens commensales, an ut suspecti recusetur. Cap. X.

Quando commissarius extra locum ad instantiam partium accedit, si eodem hospitio habere situr cum parte ducente, atque in eadem mensa comedat, quæ ministrat expensas, iusta recusationis causa non existit, sed durante examine aliud hospitium habitare conuenit.

Quando commissarius. *Ex decisione Camera Imperialis 138. parte 1. Francisci Marci.*

Adversarius qui fuit, non potest esse iudex.

Cap. XL

Iudex ordinarius, ratione precedentis aduocationis recitari potest, quoniam verisimile non est, quod si huic contrarius existeret.

Iudex ordinarius. *Ex decisione Consilij Neapolitani, 146 Antonij Capryi.*

Causa recusatōnis legitime aliquæ recententur.
Cap. XLII.

Ius recusatōnis causæ sunt, magna amicitia, quæ ex cohabitatione, & deambulacione probatur, aut quia sepe sepius secum comedit, aut alter alteri munera donat, Aut si nominatim à parte in iudicem petitus fuerit, Idem si non publicata delegatione cognoscere incipit, atque ad ulteriora procedere, tunc enim affectionem ad causam habere dicitur, & quasi in causa propria recusat. Item quando quærelas esse potens, accusatus inops, & iudex recipit sportulas, nam reus iuste tinere debet, non ratione commodi sportularum in maiori parte ab accusatore diuite habendam, tanquam si spectus recusat potest.

Iustiz. *Ex decisione Palatii Apostolici Venetiarum 64. parte 2. Thomæ Trivisani.*

Recusatio cum appellatione facit processum nullum postea tictum. Cap. XLIII.

Cum recusatō ante litem motam, siue contestatam opposita fuerit, Item fit prima exceptio, & in scriptis proposita, atque iuramentum interuenit, quod in recusatōne requiritur, Item à decreto iudicis recusatō procededo ad vltiora appellatur, Itaq; recusatō, accedente appellatione, ad iuramentum, atque sententiæ nullitatem induit. Licet recusatō nullitatem ipso iure parat, Rota tamen seruari consuevit, processum post recusatōnem non aliter nullum existeret, nisi appelletur. Item quia in scriptis interposita est, quoniam ab interlocutoria de procedendo ad vltiora in scriptis appellandum est. Iusta autem recusatō causa fuit, si quis cū Archiepiscopo, seu quæ vicario habebat, qui iudicaret. Præsertim criminalis, quia etiam leuis causa ad recusatōnem admittitur, licet iudicis arbitrio relinquatur. Probatio causæ litis necessaria non est, cum quia Vicario satis nota erat, propter sententiam ab eo latam tunc quia causæ recusatōnis probatio non requiritur, quando talis est, quæ si probaretur, legitima esset. Præsertim cum Vicarius post appellationem procedens, graua se dicitur, quin casu processus dicitur nullus, vt sepius concludimus est. Processus per iudicem recusatō factus, post appellationem nullus existit, etiam appellationis prosecutione deficiente. Episcopus & Vicarius faciunt unum consistorium, Item ille Vicario præcipere potest, Ideo venis, atque receptus est, vt si Archiepiscopus est inspectus ob sententiam ab eo contra canonicos in causa criminali latam, etiam eius Vicarius suspectus sit.

Cum recusatō. *Ex decisione Rotæ Romanz 2. parte 2. in Nouissimis Cantocci.*

Cap. XLIV.

Icet sit iusta causa iudicem delegatum recusatō, si per promotionem nulli facta, quia authoritate ordinaria prouisionem fecit, tamen ante exceptionem recusatōnis, siue suspiciōnis oppositiōnem subdelegare potuit.

Licet sit. *Ex decisione eiusdem 604. Argidij Bellamery.*

Recusatōnis materia est fauorabilis, & leuis causa sufficit. Cap. XV.

Iudex compulsor legitime recusatōs dicitur, quoniam iuramentum prestitum est, arbitri electi, causæ legitime recusatōnis propositæ iurare, atque appellatū existit, & materia recusatōnis iudicis fauorabilis est, ad leuis causæ repellit iudicem, licet testem non repellat. Exceptio amicitie cum Archiepiscopo, & alia circa illius personam considerata, Dominis iusticiaria iura sunt. Licet interesse secundarium non faciat iudicium nullum, tamen facit, vt ex eo velut suspectus recusatō possit. Notarius solo iuramento suspectus allegatur.

Iudex compulsor. *Ex decisione eiusdem 93. parte 1. in Nouissimis Robstery.*

Recusatio iudicis vt valeat in Rota, quod faciendum est, & quomodo calumnia iudicetur.

Cap. XVI.

Recusatō proposita in actu lesionis sententiæ, ad impediendam illius prolationem facta presumitur, ideo non attendenda, sed tanquam calumnia reicitur. Immo euidenter calumnia apparet, cum causam asserat nouissime ad eius notitiam peruenisse, quæ antea proposita erat, & ideo alie etiam causæ calumniae præiunguntur, illa recusatō in Rota non sufficit, in qua causæ expressæ non sunt, neque arbitri electi, nec à processu factō per iudicem recusatō, appellatum est. Cedula particularis appellationis danda erat. Et cum euentialiter data esset, quatenus iudex capitula non admitteret, propter illa verba aliter aduersus eum in his scriptis protestatur, cum quæ eouler illa iudicem admisisse, testet seque super illis examinatis, licet recusatō cessat, conditione cessante, sub qua facta fuit, Imò pars ab illis recessisse dicitur, cum multa decreta fieri petierit, atque iudicem in eius fauorem obtulerit, & ita insimulibus protestationibus recusatōnem iudicem in Rota resolutum fuit.

Recusatio proposita. *Ex decisione 563. parte 1. in Nouissimis Seraphini.*

Iudex recusatō potest interrogari, & tenetur iurare.
Cap. XVII.

Electis arbitris, versus iudex super causâ suspiciōnis interrogari possit, quæ testatur est, Aliquibus affirmatiua vera videbatur, & ita in Parlamento Delphinali obferuatum esse attestatur, quam Senatus amplectus est, Criminalis verò interrogatiōni respondere non tenetur, sicut nullus ad hoc obligatus est. Nec solum extrajudicialiter. Sed etiam iudicialiter, ita vt iurare tenentur, Senatus censuit.

Electis. *Ex decisione Senatus Pedemontani 6. Antonij Thessauri.*

Cap. XVIII.

Si iudex non admittit recusatōnem ad vltiora procedat, ipse processus nullus existit, & hanc opinionem Cappella obicitur, quoniam iuridictio iudicis per recusatōnem, sicut per appellationem suspenditur.

Si iudex. *Ex decisione cappellæ Tholozanz 479. totius costery.*

Cap. XIX.

Qvando causâ per suffragia expeditur, is, qui suspectus declaratus est, interesse non debet, etiam si votum non præstet.

Quando causâ. *Ex decisione consilij Neapolitani 138. Antonij capryi.*

Recusatio

Recusatio impedit processum ad vltiora.

Cap. XX.

Recusatio iudicis, quando ex aliqua causa iusta fit, & ab vltioris processu appellatum est, ipsum processum ad vltiora impedit, causa autem talis esse debet, quae si probata esset, legitima putaretur. Licet in iudicem conueniam fuerit, tamen quia suspicionis causam intravit, in recusatione allegatam de nouo ad eius notitiam peruenire, hoc satis esse iustum est. Ignorantia praesumitur, nisi probetur, & ita pro nullitate processus coram iudice compulso recusatō facti, tenentur esse.

Recusatio iudicis. *Ex decisione Rota Romana 7. parte 3. Pauli Aemilij Veralli.*

De eodem. Cap. XXI.

Hoc idem conclusum est, etiam si appellatio defectus esset, quia per viam nullitatis processus reuocari potest. Illa suspensionis causa contra compulsores allegata, quod iudex Rotalis committitur mortuus est, ipsum compulsores non respicit, & nihil refert, quod iudex causa mortuus sit, quia tribunal Rotae remanet, & in quo alii Coadiutores existunt, & vigore generalis cōmissionis iurisdictionem pro mortuo, aut aliis impedito exercere possunt. Si recusatio ita proposita sit, Dominatio tua hanc causam cognoscere non potest, cum sit odiosa, atque suspecta principalibus meis, quia incolae civitatis Carriensis, quae est de dominio Ducis de Alno, & ita eius in salus, qui iudex in causa esse non potest. Domini pro maiori parte concludunt pro iustitia causa recusationis, cum domino suo fauere praesumatur, etiam si clericus sit, quia in temporalibus subditus est, in quibus privilegio clericali, praeterquam in certis casibus non gaudet, cum pars etiam appellasset, processus, post appellacionem nullus est: si iudex non ita praecipitauerit processisset, sed secundum iuris formam, forte causa praedicta probata non fuisset, sed quia spreta appellacione processit, aduersarium se fecisse dicitur.

Hoc idem. *Ex decisione eiusdem 172. parte 1. Pauli Aemilij Veralli.*

Arbitrorum petitio in genere facta sufficit.

Cap. XXII.

Quando arbitrorum petitio facta est, ad cognoscendum de causa inimicitiae allegata, & a processu appellatum est, nisi processus nullus existeret, nihil refert quod arbitri nominati non fuerint, neque intra triduum electi, quia cum directa fuerit a iudice recusatio, eos non minare non oportet, sed ipse iudex, qui causa suspicionis spreta, ex capite suo procedere vult, actum, processumque nullum reddit.

Quando arbitrorum. *Ex decisione eiusdem 512. parte 3. libro 3. in Nominis Talesti.*

Recusatio non operatur effectum, nisi fuerit notificata iudici. Cap. XXIII.

Coram iudice recusatō ipsa recusatio proponi debet, ut ipsius notitiam habeat, aliam non recte proposita nihil operatur, nec illius iurisdictionem suspendit, sicut & appellatio vel coram iudice a quo interponenda est, vel ipsi intimanda, ut attentatorum effectum operetur. Recusatio appellacionem aequiparatur. Aduersari intumari non sufficit, sed iudici notum esse oportet. Aliquando etiam notorium iudici non constat. In omnibus casibus, in quibus propter reuocationem acta, vltioris facta annullantur, licet expressè reuocatio fiat, rite tacitam conditionem habet si iudici reuocatio intimata fuerit. Inhibito iudici superioris effectus caret, si inferiori intimata non fuerit, ita vt eius iurisdictionem non suspendat, neque processum, sententiamque per

eum latam annullat. Neque auocatio cauae a superiore facta inferiori suspendit, qui intimata non fuerit, & legati gesta a Papa in confessorio reuocati, donec ad illius notitiam reuocatio peruenierit.

Coram iudice. *Ex decisione Palatii Apostolici Venerabilium 51. parte 1. Thomae Trifurini.*

Recusatio, & appellatio quomodocumque aequiparantur.

Cap. XXIV.

Respectu formae recusatō aequiparatur appellacioni ab interlocutoria, quae sicut in scriptis, & cum interuentione causarum fieri debet, ita & recusatō ab ordinario. Quo verò ad alios effectus, & quoad iurisdictionem suspendendam recusatō, appellatio, & relatio adaequantur, & hanc sententiam senatus amplexus est.

Respectu formae. *Ex decisione Senatus Pedemontani. 84. Obisiam Cachetani.*

Ob iudum iudex superest recusatō.

Cap. XXV.

Cum omnes amicitiae Romae tepescant, alicuius solae, quasi gloriosae quae sita sudioris foeciales sunt, & affectu nimio, firmitate plena connexae vnde quidam ex his regibus inueniuntur ita concordat, vt quis illos existimet esse fratres. Ludus frequenter iteratur, est causa, quo amicitiae inter concites, atque homines eiusdem conditionis tantum incrementum capiunt, vt in alijs fortiores, firmiores, atque magis constantes vix deperchendantur, propterea Parlamentum, Senatorum in causa haud iudicem esse posse, iudicantur.

Cum omnes. *Ex decisione Cappella Theolofana 80. parte 1. Gerardi Maynardi.*

Iudex an recusatō possit, eo quod sit collega aduersarii.

Cap. XXVI.

Inter collegas etiam firma ad modum, & constant amicitia esse solet, cum collegii coniunctio, & publici muneris foecitas non mediocre vinculum ad voluntates hominum copulandas afferat, nec vlla instior, neque grauior necessitudinis causa reperiri possit, quae coniunctio sortis, quam prouinciae, inuicem officii, facile igitur colligitur, nunquam non sibi inuicem beneuolentiae, amicitiae, atque prompti animi officia exhiburos esse, non tantum vique ad aras, sed etiam plus vltior, atque etiam cum superioris conscientiae violacione. Cui autem diuersae sententiae fuerint, an iusta recusationis causa sit Negari tamen non potest, quin periculo sit coram talibus iudicibus hinc habere: propterea peculiaris Seditio a Carolo Galliarum Rege promulgata fuit, Quod illis Affectorem Sedis praefidialis concernens, non in illa, vbi ille affectorem est, sed in vicina sede praefidiali agitari, ac iudicari debeat: Si vero Praeses, vel Senator alicuius Parlamentum litigare cogat, non in ipsa classe, cui Senator ille vel Praeses adinnotus est, sed in alia eiusdem Parlamentum Camera agi, & iudicari debeat.

Inter. *Ex decisione eiusdem 82. parte 1. Gerardi Maynardi.*

Senatores clerici recusatō possunt, si eorum collega in functione Ecclesiastica sit alter iugantium.

Cap. XXVII.

Inter eiusdem Ecclesiae Canonice arctius esse fraternitatis, coniunctiois quae vinculum scripti est, quam obrem Senatores clerici, qui Ecclesiae alicuius Cathedralis, aut collegialis canonici sunt, ex eodem capite tanquam suspecti recusatō possunt: Obnotandum munerum consortium affectu non stratum non nihil adhibere sibi est, qui nimio vice multa chariores inuicem clari eos reddidit, credendū est, Atque sic sepius

a Curia

à Curia Tholofana citrà omnem duncultatem iudicari vidimus.

Inter eiusdem. *Ex decisione eiusdem 85 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Iudex recufatur, quod fit compater alterius partis.
Cap. XXVIII.

Facilius index, quàm testis recufari potest, & ideo ob compaternitatem contraftam posse, vifum est, sine ipe rogatus filium litigatoris è facto iure leuauerit, siue litigator tale Christianæ charitatis officium ipsi iudici præstitit, quo verò ad reftium recufationem fecus est.

Facilius. *Ex decisione eiusdem 89 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Iudex recufatur, si eius filius secum habitans est in causa aduocatus. Cap. XXX.

Recufationes iudicum à personis aduocati, procuratoris, aut sollicitatoris admitti solite sunt, iustique autoritate antiquiorum interperum fuisse iuri, lanè si eiusmodi personæ in iisdem rebus commoretur, eademque mensa vtantur, atque sic familiares, & domestici sint, tunc eiusmodi recufatio quodam modo sustineri possit: At si scorfim habitet, res admodum absurda, & cum periculosa consequentia coniuncta est, si recufationibus illis locus daretur. Facillimè enim, & a ratione, suborrationibus, iuppositionibus, aliisque simillimis caulationibus fencturæ aperirentur, quemadmodum Curia nostra euenire multo iam tempore animaduertit.

Recufationes. *Ex decisione eiusdem 91 parte 1. Gerardi Maynardi.*

De recufationibus propter inimicitias, & lites.
Cap. XXX.

Ob inimicitias graues, licet capitales non sint, iudices recufari possunt, quos cõ litigatoribus, aut eorum parentibus habeant, nam periculosum est, parti iudicæ parentibus habeant iram. Si ex verisimilibus coniecturis, aut legitimis, & vrgentibus indicis appareat, reliquias paternarum inimicinarum superesse recufatio admittenda est, sin deprehendatur, lapsu temporis expirasse, vel nunquam tanti momenti fuisse, quàm statim patris morte extingui poterint, nam recufatio potius rejicietur, quàm distinctionem Curia Tholofana obseruare consuevit, sed hoc tempore, recufationes eo nomine factæ, frequentius admittuntur, quàm denegate fuerunt. Interdum placuit, recufationem ob eã causam admitti, quod iudex litigantium in quarto gradu coniunctus esset. Si litem iudex, sine ciuicem, siue criminalem cum litigantibus, vel aliter eorum habet, recufatio citrà omnem dubium admittitur, licet lites per sententiam definita fuerint, atque in rem iudicatam transierint, Nisi iustum tempus spatium post litem finitam lapsum esse constet.

Ob inimicitias. *Ex decisione eiusdem 92 parte 1. Francisci Marci.*

Relatores causarum curi facilius recufantur.
Cap. XXXI.

Referentis voto multum tribui consuevit, & facile fieri solet, vt in eius sententiam reliqui Senatores concurrant, vel per solam partem idem confirmet. Propterea experientia docuit recerentem causæ facilius, quàm alios iudices recufari posse. Vbi causæ recufationis locus in dolum opponuntur, Curia vestra decernere consuevit, vt à sola relatione abstineat, sed deliberationi de ferenda sententia interesse possit. Quod tamen extraordinarie peccatò, & cum magna causæ consideratione fieri solet, ne videlicet res ad consequentiam trahatur.

Referentis. *Ex decisione eiusdem 90 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Recufatione consanguinitatis fit vsque ad quartum gradum. Cap. XXXII.

Cum dubitaretur, vtrum consanguinitatem generaliter allegare sufficeret, vel eiusdem gradus specialiter exprimere necesse esset, postcrius multum placuit, atque etiam vsu, & in praxi receptum fuit. At si generaliter proponatur, & ipsa qualitas notoria non fuerit, atque negemur, tum asserere probare, & per consequens consanguinitatis, aut affinitatis gradum demonstrare oportet. Hæc autem ad effectum recufationis vsq; ad quartum gradum considerari solita est. Illa sententia, quæ ad vteriolem extendit, in nostro Parlamento recepta non est.

Cum dubitaretur. *Ex decisione eiusdem 98 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Recufationes ad causas futuras vbi non admittuntur.
Cap. XXXIII.

Recufationes generales, quæ etiam ad lites futuras dirigitur, Curia nostra haud admittit, & cum libellus huiusmodi offertur, Curia restitui mandat, vt emenderetur, atque ad lites motas, quæ iam pendet, dirigitur.

Recufationes. *Ex decisione eiusdem 99 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Recufationis iudicium quomodo fiat.
Cap. XXXIV.

Vbi conuenit, vt in iudices recufatos inquiratur, ad causæ obiectæ veræ sint, ideo in Curia nostra receptum est, vt recufationis libellus in pleno confectu, atque in eorum præsentia, qui recufati sunt, legatur, recufatioq; ad factum, quod in libello proponitur, quantum sciunt, propriaque iis conscientia dicat, respondeant, ac postea iis referentis, de recufationis causis cognoscant, an vrgentis temot, & si probabilerit recufatio ignoretur, pars recufans, ad probationem, eorum delegato ad hunc actum commissario, admittitur, & ex probationibus iudicatur.

Iuri conuenit. *Ex decisione eiusdem 88 parte 1. Gerardi Maynardi.*

Iudex recufatus semel non admittitur cessante causâ recufationis. Cap. XXXV.

Non ideo iudex admittendus est, quia affinitas iam resoluta fuit, per vxoris mortem absq; filijs, nam cum mediâ de creto abstinerit, effectus recufationis iam cõstitutus fuit, & ita quotidie obseruamus: Nè si ob suspicionem alterius causæ alteri consiliario committatur, quamuis recufato alter succedat non suspensus, tamen causæ remanet penes eum, cui ob suspicionem commissâ fuit, quia à primo commissario penitus abdicata fuit.

Non ideo. *Ex decisione Consilij Neapolitani 719. Vincentij de Franchis.*

REDUCTIO.

Reductio quamdiu peti possit, & quomodo. Cap. I.

Controuersia est, quâdiu, & intra quod tempus reductio à iudice arbitratoris peti possit, Alijs intra decennium videbatur, eo qd species appellatiuus est. Sed in Camera conclusum est, vsque ad triginta annos peti posse, quoniam sententia arbitratoris in rem iudicatâ non transit, neq; effectus producit, aut actionem in fa-

in factum ex re iudicata, nisi post triginta annos: Hoc enim ius reductionem petendi personale est, ideo non nisi triginta annis præferibitur. Inter arbitrium, & arbitratorum hoc interest, quòd arbitrer, partium conuentione loco iudicis eligitur, ita vt coram ipso iuris ordine seruat proceditur, Arbitrator verò, qui nullo iuris ordine seruato, controuersias amice ex bono, & æquo diffinit, & ideo arbitramentum quædam transactio esse dicitur. Ad cognoscendum vtrum tanquam arbitrer, vel arbitrator assumptus sit, non uocabuli significatio, sed procedendi modus, & partium conuentione considerari debet, ideo si in aliquo compromissum sit, vt arbitratorum, ea conditione, vt libellum, responsiones, & probationes recipiat, atque iuris ordine seruato procedat, hic non arbitrator, sed arbitrer censeri debet, contra, si ut in arbitrum, ea lege, vt controuersiam de plano, sine longo litis sustinamine amice componat, atque ex æquo, & bono decidat, tam enim arbitrator dici, appellari debet, uerba enim rebus, non res uerbu desernere debent. A sententia arbitri non appellatur, quoniam actio, vel exceptio rei iudicate non nascitur, sed metu pœne sententiæ parendum est, siue æqua, siue iniqua fuerit, sed nulla uerborum subtilitate, reductio excludi potest, si de magna iniquitate, & enormi læsione constat. Proinde in libello supplicii læsionem, vel nullitatē alleget, sequæ ad acta referat, quo casu reductio admittitur, & citatio ad deducendam ad illa deducenda, decerni possit, & ita in Camera sapius obtentum est.

Controuersia. Ex decisione Camera Imperialis 150. part. 1. Andrea Gaill & decisione consilij Neapolitani 132. Matthai de Afflicis.

Reductio ex certis causis nullo modo prohiberi potest. Cap. II.

Nulla cautela dari potest, quin à laudo ex capite doli, & enormissimæ læsionis reductio peti possit: Quòd si iuramentum simpliciter appellationem prohibet, atque reductionem ad arbitrium boni uiri, nunquam nisi specialiter expressa fuerit reductio, ex his capitibus prohibita censetur, dolo res ipsa sufficit, neque uetus dolo requiritur.

Ni illa cautela. Ex decisione Rote Bononiensis 86. Casa ris Barzj.

Reductio aliquando peti potest, etiam non obstante iuramento. Cap. III.

Si dolo arbitratum fuerit, etiam si iuratum non petere, reductio peti potest, quoniam dolo arbitratoris pacto quoque iurato renunciari non permittitur.

Si dolo. Ex decisione Cappella Tholosane 268. Ioannis Corserij.

Reductio continens dolum, & læsionem per nullam dispositionem impeditur potest. Cap. IV.

Semper, & quoadcumque, reductio peti potest, si laudum enormissimam continet læsionem, quod in tantum est nullum, vt ne decreto quidem præoris con firmari possit, Nec in vim laudi approbati potest, Et si iuramentum appositum esset, atque licentia laudendi in magna, vel maxima quantitate data esset, atque ita omni læsioni renunciatum fuerit, quia nunquam dolo ex clusus intelligitur, qui ex ipsa enormissima læsione arguitur. Neque ex consensu geminato reductio impeditur, quia laudo contrahente non dicitur, qui illius iniuriam temerè legit, statum prohibens semper tacitam conditionem habet, ne ex arbitri sententia læsio enormissima inducatur, quæ à iure iurando est exclusi intelligit. Verba generalia sub confidentia discretions arbitratorum, vel

arbitratorum prolata uidentur, ad eorum beneuolentiam acquirendam, ideo non ita late inter pretanda sunt, & si sub hac confidentia decipiuntur, succurri debet. Ipse læsio iudicis arbitrio estimanda est.

Semper. Ex decisione Rote Lucensis 27. Iosephi Ludouici, & 98. Hieronymi Magony.

Reductio ad quem iudicem ferri debeat. Cap. V.

Reductio ab arbitrio boni uiri, coram quo iudicet petenda sit, variari est, Aliis coram eo, quod iudex est arbitratoris esse uidebatur, ad instar appellationis, sed hæc sententia cõclusa non fuit, Alia uerò frequenter sententia fuit, ad iudicem rei eundem esse, qui secaus iudex summus esset, si actor in iudicio litæ habere uoluisset, & pro hac posteriori opinione in Camera Imperiali iudicatus est in pleno consilio, fueruntque, denegati processus, atque ad ordinariu in rei causâ remissa est, quoniam arbitratum quædam transactio est. Quædam modum iugiter illam impugnare uolens ad rei iudicem adire oportet, ita etiam contra arbitratum ueniens.

Reductio. Ex decisione Camera Imperialis 49. p. 1. Andrea Gaill. & 61. parte 2. Iacobini Nissingeri, & decisione Rote Spirensis 43. p. 2. Gasparis Goglie. m. & decisione Senatus Pedemontani 14. Antonini Theffari.

Renunciari non possit, ne petatur reductio. Cap. VI.

Nemo est et in eo renunciare potest, ne ad arbitrium boni uiri recurrat, ubi in laudo dolo apparet, atque iuramentum, ubi contra bonos mores esset, illud seruare nõ tenet, quin ad arbitrium boni uiri recurrere possit. Nemo etiam. Ex decisione Rote Romana 2. de arbitris in Antiquis.

Per nullum pactum etiam iuratum impeditur reductio. Cap. VII.

Si compromittentes pacti fuerint, quod contra laudum aliquid dici, vel allegari non possit, aut peti reductio ad arbitrium boni uiri, est cum in se nihil egerint, quòd tale pactum dolum futurum remittere uideatur, atque arbitrium ad malè, & iniquè arbitratorum inuitare, & ita in Regia Audientia iudicatus est. Etiam si dictum fuisset, quod arbitrer posset detrahere uini, & dare alteri, atque in magna, & maxima quantitate ledere, etiam si enormissimam expresse rint in ampla, & amplissima forma, nihilominus semper pars, quæ dolo arbitri, uel arbitratoris ex proposito, uel re ipsa læsa est, congeri potest, atque reductionem ad arbitrium boni uiri petere, quoniam illa uerba ad captandam beneuolentiam apposta censentur, sub spe æquitatis seruanda. Quare nulla cautela inueniri potest, quæ læsionem enormiter impedit, quin reductionem ad arbitrium boni uiri petere possit.

Si compromittentes. Ex decisione Regni Neapolitani 58. Francisci Viniij.

Cap. VIII.

A persona arbitri recedendum non est, sed ubi ipse iniquè arbitratus est, ad arbitrium boni uiri recurratur, atque arbitrium iniustum per superiorem corrigendum est.

A persona. Ex decisione eiusdem 271. Francisci Viniij.

R E L A T I O

Relationes dicuntur conformes in minoribus sententiis. Cap. I.

Ritus magne Curie Vicarie disponit, quod in quibuslibet relationibus, ubi appellatio non procedat, ita sit ab eis appellatio in eam appellatio non procedat.

autem prima relatio condemnasset in viginti, & secunda in decem, conclusum est quod ad decem executionem posse fieri, quia in illis erant ceteriores cum in maiori summa minor infuit.

Ratus magna. *Ex decisione Consilij Neapolitani 362. Diasthi de Affiliis.*

R E M E D I V M R E S C I N D E N D A E.

Remedium rescindende venditionis non competit heredi cessionarii contra heredem iubentis vendi. Cap. I.

Empor & venditor non debent ad imparia iudicari, ergo sicut filia testatoris non potuisset rescindi & cessione, nam eius pater fieri iussit patrum de omnibus iuribus feudaliibus cum consensu Regis dummodo ille neptem dotaret, atque onera hereditaria solueret, ita nec filia cessionaria, venditionem potius fuisse praeteriens, cum in enormissima pretij laesione si testator ultra dimidiam vendi iussit, illud plus dona- uisse praesumitur, quae praesumptio alteram tollit quod rei viderem ignorauerat. Ideo non esse procedendum, conclusum fuit.

Empor. *Ex decisione Consilij Neapolitani 225. Vincentij de Franchis.*

Venditor cum iuramento non agit rescindende, nisi absolutus. Cap. II.

Venditor ultra dimidiam laesus, si non contraveniens iuramento, remedium rescindende venditionis in rebus non posse frequentiore calculo receptum fuit, & a Senatus iudicatur. Nisi prius a iuramento absolutus fuerit, enormissima laesio iuramentum non adimpleret, unde si res valens centum pro viginti quinque vendita fuisset, & in renunciatione additis esset, pro illud plus valoris donabat, nihilominus ad rescindendam agere possit. Quod si est, quoniam potius vendere, quod donare voluisse esse dicitur, venditor ab emptore captatus illas clausulas adhibet, sed captatae donationes ratae habende sunt.

Venditor ultra. *Ex decisione Senatus Neapolitani, 165. Antonini Thesauri.*

Cap. III.

Remedium rescindende locum non habet, quando venditio cum pacto redimendi facta est, tunc enim ipsam pactum restimandum est, cum quo valor rei, triginta pro quolibet centenario diminuitur.

Remedium. *Ex decisione Rota Perusina, 97. Iosephi Ludouici.*

Remedium rescindende competit venditori iuranti, enormissimè laesio, absoluto. Cap. IV.

Iuramentum non debet esse vinculum enormis laesio- nis, sicut enim quoniam ex dolo iuratur, remedium rescindende non excluditur, ita & quoniam re ipsa, aliter emptor cum graui venditoris iactura, contra omnem aequitatem locum pletatur, nam diuidia cum excessu, multum depauperat, et go ab iuramento petenda est, etiam si non contraveniens re iacturam, illa donatio plus pretij in venditione facta absque dolo, & fraude non est, praesumitur in contrahere eum consumptorio, & est actu ipso male consumente, Data igitur enormissima laesio, iuramentum ex parte recipientis illicitum est, cum & dolo vel ex proposito, vel re ipsa interuenierit, ideo absolutio competit.

Iuramentum. *Ex decisione Rota Romana 1. de emptio ne & venditione Gregorij Casadori, & decisione 232. Senatus Regni Lusitaniae. Antonij Camp.*

Venditio non rescinditur, nisi laesio probetur. Cap. V.

Cum laesio ultra dimidiam iusti pretij probata non fuerit, quia pactum redimendi rem minoris valore facit, frustra queritur, an contraclus iuratus ex capite enormissimè laesiois hoc remedium rescindi possit. Cui huic remedium ex pretio eum iusto renouati fuerit, ultra intentionem iurantis iuramentum extendi non debet.

Cum laesio. *Ex decisione Senatus Neapolitani 40. O- bavianus Cascherani.*

Remedium rescindende quando datur contra tertium possessorem. Cap. VI.

Licet remedium rescindende contra tertium possessorem habentem causam a prima emptio locum habere non videatur, tamen si secunda emptio eodem modo laborat, quia ultra dimidiam facta est, vitilis actio ex lege rescissoria danda est, & ita conclusum fuit.

Licet remedium. *Ex decisione Rota Romana 1 de emptio, & venditione Marcelli Crescentij.*

De eodem. Cap. VII.

Hae actio rescissoria personalis est, ideo contra tertium possessorem, singulari tunc inaccessorem danda non est, nisi vel secundus emptor eodem modo laborat, vel primus soluendo non esset, tunc enim ex aequitate vitilis actio rescissoria danda est.

Hae actio. *Ex decisione Regni Neapolitani 430. Francisci Vinij, & decisione Rota Avinionensis 97. Hieronymi Laurentij.*

De eodem. Cap. VIII.

At si tertius titulo lucratio possideat, actione rescissoria conueniri posse certum est: Et quoniam alius ita demum posse placuit, si primus emptor soluen- don non fuerit. Tamen hoc etiam in casu concurrebat, cum Cardinalis emptor difficultis conuentionis exisset, tam ratione personae, quam dignitatis, Nec abique Reges licentia conueniri possunt, quae impossibiles reputantur, sed ista duo aequiparantur, ut quoniam soluendo non sit, & difficultis conuentionis exiit.

At si tertius. *Ex decisione Senatus Regni Lusitaniae 21. Antonij Gama.*

Remedium rescindende habet locum locatione finita. Cap. IX.

Etiam locatione finita remedium rescindende locum est, & crebris in locum obtinuit, & ita iudicatum est, Nec quicquam officit, quod locatione finita siue libitum que consuetudinis electio locaturum dari non possit, ut hoc remedium etiam datur casus, ubi quis ad pretium supposito nem tenetur, licet rem ipsam venditam reddendi facultatem non habeat. Nihil obstat, quod ex facto suo cum conductionis tempus elabi fineret, facultas electionis a lege tributa auferatur, quoniam negari potest absurdum esse, quod vigore praedictae legis concessum est laesio contra dimidiam iusti pretij.

Etiam locatione. *Ex decisionibus eiusdem 19. & 204. Antonij Gama.*

Remedium rescindende an locum habeat in transacione. Cap. X.

Hoc remedium rescindendi contraclus ex capite enormissimè laesiois non solum in contractu emptio- nis, & venditionis locum habet, sed et in contractu locationis alijque bonae fidei, in eo et si iuris, simuliter in datione in solutum, quae venditionis locum obtinet, sed quod in transacione, ita ut transficiens deceptus, rescissionem petere, vel ad sup-

ad supplementum ius præti agere possit? In modica lesione negotia iententia venior, & tutior est, nimirum quæ dimidium iusti præti in modico excesserit. Quando autem quis ultra dimidium iustæ æstimationis iuræ litis, magno, & iusto excessu deceptus est, ita vt enormissima lesio existat, eorumque affirmatiuam sententiam iudicandum esse conclusum est, quamvis à parte negotia recedendum non videtur, cum transactio ad hoc sit inuentans vt finis litibus imponatur.

Hoc remedium. *Ex decis. Camera Imper. 70. p. 2. Andree Gaill. & decisionibus Rote Romana 230. parte 1. Jacobi Putei, & 732. parte 1. Anthonij Seraphini.*

Remedio rescindendæ non præscribitur ob enormissimam lesionem. Cap. XI.

Super eo, an transactio tempore quindecim annorum, intra quod solum, deceptus ultra dimidium iusti præti, iure Regio remedium datur, venditor, si enormissimam lesionem sustinet, non enim valent quadraginta nulla numerum, nouem nulla vendidit, iudex primæ instantiæ locum dicto remedijs non esse iudicauit, eumque sententia conclusum est, quoniam propter enormissimam lesionem, præscriptio locus esse non potest. In venditionibus sub hasta factis ad redimendum pignus additum, dispenatur eodem iure contra additionem, debitorem venire non posse, tamen sæpe sæpius senatus censuit, ob eam, nullam lesionem præscriptio octo dierum locum non esse, si per enormissimam lesionem nullus consensus præstitus esse videtur.

Super eo. *Ex decisione Senatus Regni Lusitania 266. Anthonij Gamæ.*

**R E M E D I V M
R E I N T E G R A N D E.**

Remedia possessoria competunt pro iurisdictione, & iuribus. Cap. I.

Remedia possessoria, iuribus incorporalibus, etiam pro actu iurisdictionis locum habent, nam & ipsa propter sententiam, & patientiam aduocari, quæ traditionis loco sunt, possideri dicuntur. *Remedia. Ex decisionibus Parliamenti Delphinatis 389. & 447. parte 1. Francisci Marci.*

Item competunt pro iure sedendi in Ecclesia. Cap. II.

Ex gratia laicis sicut iura patronatus permittuntur, ita & scannæque sedilia in eorum Ecclesia habere permittitur, præsertim ratione iuris patronatus, propter quod honor etiam in sedendo debetur, iccirco pro sedili, scanno, siue archa in Ecclesia remedium reintegrandæ statuitur siq; per literas competere conclusum est. *Ex gratia. Ex decisione eiusdem 275. parte 1. Francisci Marci.*

An competat socio contra socium. Cap. III.

In te communi videntia committi non videtur, sed quando socius sociæ, siue alterius possessionem interuenit, tunc alteri sociæ, iure partiano remedium reintegrandæ competit, & iure communi iurium committi potest, & actio competit. N. si socius pro sua parte possessionem acciperet, prout præsumitur, tunc ob violentiam, iure partis suæ etiam priuaretur.

Iure communi. *Ex decisione eiusdem 316. parte 1. Francisci Marci.*

An competat pro annua p. & lat. ob subtractionem. Cap. IV.

Pro personali præstatione subtracta remedium possessorijs de iure ciuili non competit, sed si emptor iuris vendendi carnes in certo loco cõ prouisione soluendi singulis mensibus, à solutione delinquit, præstatione præstata non est, à talione re, p. uti. atione macelli de iure macellandi, quo casu de iure ciuili possessorijs datur. Pro annua præstatione, etiam de iure ciuili iudicis officium conceditur.

Pro personali. *Ex decisione Rote Romana 230. parte 2. Jacobi Putei.*

Remedium non competit ei, qui ex contractu inuiti possessionem transtulit. Cap. V.

Remedium reintegrandæ illi dandum non est, nul ex contractu inuiti possessionem transtulit, quoniam remedia possessoria nimis extenderentur. Quando contractus est nullus ex defectu consentus, tunc possessio non transtulit.

Remedium. *Ex decisione eiusdem 15. de restitutione spoliatorum Acbillis de Grassis.*

Remedium reintegrandæ non potest incipere ab herede. Cap. VI.

In personalibus præstationibus licet non des remedijs possessorijs, an datur status, ad quem, p. de negationem solutionis spoliatus pro officio iudicis reponi, petere pot. Ad hoc aut, vt iura quasi exigendi possessione spoliati dicatur, non sufficit qd debitor per plures annos soluere cessit, sed necessarium est, qd creditor in ipso solutionis termino, debitoris interpellat, qui ex se soluere neget, hoc in modo creditoris spoliare, suog, iure exigendi priuare est. Sed cum finis in herede vsq; fruuari, quem remedijs intertate præxtendit, est à petitorio separato dici possit, nihilominus ex quo actor dixerat defunctam ante mortem spoliatus esse, & postea capitula fecerat ad probandum usq; ad eius mortem possidisse, ergo spoliata in vita dici non pot. Quam obrem nullus ius spoli in vita defuncti ortum erat. Quis aut defunctus mortis tpe possidebat, ad heredem non competit recuperandæ remedijs ex persona defuncti, sed ad ipsendum restitui, quia ad ius usufructus restitueretur, hoc autem pro illius morte extinguitur est, & sic dolo scit petere, quod restituitur est, Cui usufructus consolidatus esset, ideo heres ex iusta causa à possessione cecidit, ergo reintegratio non competit.

In personalibus. *Ex decisione Rote Luensis 4. Hieronymi Magoni.*

In hoc remedio duo testes sunt necessarij, & datur contra titulo possidentem. Cap. VII.

Ad obtinendum in remedio reintegrandæ, multis annis testis dictum sufficere uisum est, sed sequenti calculo contrarij obtinuit, est duos ius testis dictum requirit, in summarissimo possessorijs locus est, nã & leuioris præiudicij existit. Anterioris possessionis probatio non sufficit, nisi etiam deducatur possessio in conuenti esse clandestinam. Hoc remedium etiam contra titulo possidentem conceditur, quoniam titulus quo ad hunc effectum pro non titulo habetur.

Ad obtinendum. *Ex decisione Rote Ferrisina 59. Iosephi Ludouici.*

Remedio reintegrandæ quibus subueniatur. Cap. VIII.

Per hoc remedium his subueniatur, qui quocumque modo iniuste possessionem amiserint, si ab ea p. violentiam, uim, aut metum non cecciderint, Neque iniustitiam possessionis amissionis probare tenentur, quin eo

N a a ipso

ipio præsumitur, quod contrarium non probatur. Itē ad mutandum est remedium vtile pro recuperanda possessione rerum, vel iurium Ecclesiæ: quæ ex Prælati negligentia perditæ est, videlicet per generale iudicium in ipsorum ius, vt ad priuilegium & consuetum statum restitutum fiat.

Per hoc remedium. *Ex decisione Cappella Tholosana 439. Ioannis Cosserij.*

Remedium reintegrandæ datur contra titulo possidentem. Cap. IX.

Magna questio est, vt rum aduersus singularem successorem possidentem eum in titulo, & bona fide, id est, ad quem ignorantur res violenta seu aliquo vitio affecta peruenit, remedio canonis reintegrandæ agi possit, eum in parcauita melior possidentis conditio esse vt deat, sed frequenter calculo recepti est, agi posse, etiã si res ad eum absque titulo peruenierit. Neque solū pro recuperanda possessione rerum mobilium, sed etiã immobilium, secundum quam sententiam in iudiciis sepe numero iudicatum est, atque Cameræ Athesores multoties in iudicando amplexi sunt. Nam generale remedium propositum est, amittentibus possessionem ex causa iniusta, atque ex parte perionarum passiuè contra quas indulgetur.

Magna questio. *Ex decisione Cameræ Imperialis, 85. parte 2. Joachimi Misyngerij, & decisione Senatus Pedemontani in 29. Antonii Thessauri, & decisione Rotæ Romanæ 7. de restitutione spoliatorum Guilielmi Cassadori, & decisione ex 17. Januarii 64. Petri Garfæ à Toledo, & decisione Rotæ Bononiensis 33. Petri Benvenuti.*

Remedio reintegrandæ an præscribi possit. Cap. X.

Item altera maxima est, vt rum si contra titulo possidentem hoc remedio actum fuerit, si præscriptione aliquo tueri possit, & frequenter in omnibus tribunalibus pro affirmatiua sententiæ decium est, Nam & Rotæ Romanæ quæ antiquius sperant uno tantum voto contrarium tenere apparebat, tandem tempore Pape Clementis Octauæ, ponente Seraphino affirmatiua sententiã in vniuersum exemplata est, quam sententiã ipse Pontifex approbavit.

Item altera. *Ex decisione Rotæ Romanæ 763. parte 4. in Nouissimis. Seraphini, & decisione Senatus Pedemontani 20. Antonii Thessauri, & decisione Rotæ Bononiensis 10. Petri Benvenuti, & decisione Rotæ Romanæ 6. de restitutione spoliatorum Guilielmi Cassadori, & decisione 115. parte 1. Iacobus Pateri.*

Remedium rescindendæ, & reintegrandæ sunt contraria. Cap. XI.

EVM qui remedio rescindendæ egerit, remedio reintegrandæ agere non posse conclusum est, quoniã actiones repugnantes sunt, Nam cum petit contra titulum rescindi, quia enormissimè læsus est, illum iudicium præsupponit, vel saltem tam effiacem, vt possidendi colorum det, ergo bona fide possidet.

Eum qui. *Ex decisione Cappelle Tholosana 470. Ioannis Cosserij.*

An competat pupillo, possessione translata per tutorem. Cap. XII.

Vbi tutor possessionem rei pupilli non transferret, remedium reintegrandæ competit, vt pote si de decreti administratione non confidet, sed vt de decretis ad ministrum non apparet, licet iudicis auctoritas nõ iuce ueniat, nihilominus non competit visum est.

Vbi tutor. *Ex decisione Rotæ Romanæ 439. parte 1. in Nouissimis Seraphini.*

Quando competat pupillo, vel ex persona propria, vel ex persona patris. Cap. XIII.

Si bona possidit non apparet, quò ex persona propria reintegrari petis. Neque ex persona patris poteris, quia speculacum, atque præciam patris possessionem non probasti, nam quauis in hereditate successeris, atque possessionem acceperis, nõ ideo sequitur vsq; ad mortem continuasse. De possessione matris, tẽpore obitus constare dicitur, probatio præsumptiua nõ releuat, sed concludens, & necessaria esse debet.

Si bona. *Ex decisione eiusdem 200. parte 4. in Nouissimis Orani.*

R E M E D I V M D I F F A M A T I O N I S

Remedium diffamationis quomodo iustentetur. Cap. I.

Diffamatus in iudicio diffamatorio, exhibet summariam petitionem, atq; diffamanti, tanquã ream terminum ad probandum suam diffamationem coram iudice ordinario, vel competenti nõ perperuam silentii præfigi, in quo si ad nõ restant, sed summarie in puncto perpetui silentii proceditur, Diffamator autem comparet, & denegante, tunc diffamatoris probandi incumbit, alias res absolutur, & ipse in expensis cõdemnatur. Si diffamator fatetur, aut eo negante probetur, tunc terminus agendi in iudicio actiois ad prosequendum suã causam præficiendum est. Diffamator non comparet denique, & iterato citatur ad impositionem perpetui silentii, vnica citatio ad hoc nõ sufficit, & ita in Camera iudicari est, binam citationem requiri, vt perpetuum silentium imponatur, magis a præiudicium paratur, & ideo percipienda non est.

Diffamatus. *Ex decisione Cameræ Imperialis 12. parte 1. Andrea Gaill. & decisione 86. parte 3. Joachimi Misyngerij, & decisione consilij Neapolitani 264. Matthæi de Assisio 614. & decisione Rotæ Lucensis 32. Josephi Ludouici.*

Habet locum in omni causarum genere. Cap. II.

Hoc remedium in omni causarum genere ciuili, & criminalium locum habet, ut pote si quis de aliquo crimine iniquè tradatur, vel si quis alibi rei possessorem apud honestos, & graues viros diffamet, q; iniquè, & cum suo præiudicio rem talem possideat, & quod ipse plus iuris in ea, quàm possessor habeat, nam etiã in realibus actionibus, item in petitionio, & possessorio, locum habet.

Hoc remedium. *Ex decisione eiusdem 9. parte 1. Andrea Gaill. & decisione 78. parte 3. Joachimi Misyngerij, & decisione Senatus Burdigalensis 255. Nicolai Boerij.*

Actio negatoria non datur pro personalibus actionibus. Cap. III.

In personalibus actionibus actio negatoria non competit, ideo peti non potest, vt in futurum ne aliquis agat, inhibeat, sed tempus à iudice statuitur, infra quod vel alter debinum probet, vel alter insaniam.

In personalibus. *Ex decisione Rotæ Romanæ 2. de dilationibus in Antiquis.*

An hac remedium locum habeat inter patrem, & filium. Cap. IV.

Filius naturalis patri nobili in Regno non succedit, si ille patrem ignorantem esse diffamat, Pater diffamanti terminum à signari petit, abas silentium perpetuum imponi, nam contra diffamantem de statu aliquid competere hoc remedium certis iuris est, & ipsa

ipſa nobilitas ad ſtatum perſonæ pertinet. Aliis patri hoc remedium denegari videbatur, qm̄ filius de præſe-
tius non habet, vt compellatur contra partem agere,
vtque hæres cuius iudicetur, ſed ſpem de ſumro hēt, Itē
hoc remedium ante nam actionem non cōpetit, Ceteris
contrarium verius eſſe viſum eſt. Non enim patet
filium cogi petiri, vt ſuper ſucceſſione actionem moue-
ret, ſed ſuper nobilitate, & ſtatu perſonæ, petitur; pater
ſe nobiliem pronunciarī, actionem iam nam filius hēt
& quamuis in cōſequentiam quodammodo de ſucceſ-
ſione agatur, ſi patrem ignobiliem eſſe proberur, id ta-
men attendendum non eſt. De ſtatu perſonæ cū ea agē-
dū eſt, cuius principaliter intereſt, ſed filii principaliter
intereſt patris ignobiliē declarari, vt illi ſuccedere poſſit.
Filius naturalis. *Ex deciſione Senatus Regni Luſitaniae*
202. Antonij Game.

Diffamationis iudicium coram quo iudice proponi
debeat. Cap. V.

Quando de diffamatione conſtat, nunc diffamantes
ad proponendum iudicium coram iura cogendi ſunt, qd̄
niſi præmiſſa diffamatione tractari non oportet,
& certus terminus ſtatueretur eſt, infra quem agat.
Sed actor in hoc remedio rei ſorum non ſequitur, quia
verū actor non eſt, ſed ſuam exceptionem agit, reusque
voluntarius dicitur, nimirum agit ad proponendum ſi-
bi, vt poſtea reus neceſſarius fiat. Hoc remedium corā
eo proponi opus eſt, ad quem principalis cauſe cogno-
ſcitio pertinet. Examinatio teſtium ad perpetuam rei me-
moriam, etiam à reo, coram eo iudice faciendū eſt, qui
iudex cauſe principalis futurus eſt; Oblatio & depoſi-
tio pecuniæ ad impediendum curſum uſurarum corā
eo, qui principalis futurus eſt, fieri debet. Reus, qui ſe ſali-
qua exceptione tueri vult, & ideo iudicis officium im-
piorari permittitur, non illius contra quod, ſed impleto-
ris iudex eſſe debet, quia ille futurus eſt iudex, ſi cauſa
ordinariē traſtetur.

Quando de diffamatione. *Ex deciſione Collegi Piſani*
95. Doctoris Martæ & deciſione Rote Spirensis 104 parte
*3. Gaſparis Guglielmi, & deciſione Rote Bononiensis 66. Pe-
tri Benintendi.*

Remedium diffamationis non competit ei, qui non
poſſidet. Cap. VI.

Ei qui non poſſidet, hoc remedium non competere,
reſoluum eſt. Statutum de continuanda poſſeſ-
ſione in heredem, locum non habet in bonis, quæ à de-
ſundo naturaliter tantum poſſidebantur, tanto magis
ſtante pacto, quod bona locata ad hæredes non tranſeant.
Ideo ſtatutum locum habere non poteſt, quando poſ-
ſeſſio eſt penes deſundum ex cauſa ad hæredes non
tranſitura.

Ei qui. *Ex deciſione Rotæ Romanae 716. parte 4. in No-
uiſſimis Mellini.*

Diffamationis iudicium cum quibus poſſit cumulari.
Cap. VII.

Reus tribus ex cauſis actorē inuitū ad agendū tra-
here pot, Vel præcedente diffamatione, & tunc iu-
dex præſentia cauſe cogitione, ad ſon terminū assignare
poterit, atq; ſilētium perperuū imponere, Vel ſi exceptio
nē hēt, eaq; nūus eſt, quo caſu non ex diffamatione di-
recta, ſed iudicis officio, ex acquire, nullū ius habere, at
quod indebitē eundē vexari petere, cū doli mali exceptio
obſtet, idq; reū omnimō perperuū eſſe debere, Itē ſi aliqd̄
ius habeat, & ſuper eo vexari dubitet, qm̄ officio iudicis
implorare pot, vt actor nullatenus moleſtū ſerat, &
ſi quid præterdat, in iudicio experiantur, aliis uia ultre-
rius agendi præcludat. In omnibus aſit diffamatio præ-

cedere debet, aut alter actus, qui moleſtiam inferat, Itē
origo credi per exceptionem eluſi, alter ſilētium im-
ponendum non eſt, ſed reus ab obſeruatione iudicis ad
ſoluēdus eſt. Huiusmodi remedia ſimul cumulari poſ-
ſunt, in quorum vno obtinere ſufficiunt.

Reus. *Ex deciſione Fori Firmanæ 9. parte 4. Borgini*
Canalciani.

REMISSORIA

Auditor ſolus quando concedit remiſſoriam, &
quando cum Vexatōrio.

Cap. I.

Si partes in aliqua cauſa remiſſionem pro exami-
nandis teſtibus in partibus petent, tunc Auditor
cauſe ſine Vicecancellario concedere poteſt
ſi verò vna pars tantum petat, non poteſt, Niſi ſpecialis
commiſſio interuenierit, Aut remiſſoria de partium cō-
ſenſu conceſſa fuerit, & ita Rota obſeruat.

Si partes. *Ex deciſione Rote Romanae 39. de teſtibus in*
Antiquis.

Ad cuius inſtantiam conceditur. Cap. II.

Niſi conſtet de poteſtate remiſſoriam petentis cita-
ta parte, concedi non ſolet: At ſi petens de iure cau-
neat, & ius cubit peris, quod procuratorium infra cer-
tum tempus produxerit, dari ſolet.

Niſi conſtet. *Ex deciſione eiſdem 47. de teſtibus in*
Antiquis.

Literis remiſſoriae bullatis Auditor non procedit ſine
noua commiſſione. Cap. III.

Postquam literæ remiſſoriae bullatae ſunt, licet articu-
li non includantur, & ad partes tranſmittantur, Au-
ditor ſine noua commiſſione procedere non poteſt, Et
ſi pars remiſſoria renunciare velit, quia ea quo Papa
manum appoſuit, inferior de negotio amodo ſe intro-
mittere non poteſt.

Postquam. *Ex deciſione eiſdem 4. de teſtibus in*
Nguis.

Cap. IV.

Illi qui remiſſoriam obtinuit dilatorio quindecim die-
rum ad plus concedi ſi let ad eam expediendam, at-
que accipiendam.

Illi qui. *Ex deciſione eiſdem 3. de dilationibus Achillis*
de Graſſis.

Examen teſtium non eſt committendum notario cau-
ſæ extra terras Eccleſiæ, ſed remiſſoria obti-
nenda eſt. Cap. V.

Pars obrinuit, commiſſionem ſignatam arbitrio, vt
committerem Notario examen teſtium in ciuitate
Neapolis, datis interrogatoriis partis aduerſæ: Aduer-
ſarius autem nullatenus hoc eſſe concedendum oppo-
nebat, cum teſtes plurimi, optimæ de negotio inſtructi
in Curia exiſtant, vbi examinari poterant: Et quoniam
nullum modo examen committendum eſſe: Et quomuis
etiā ſine retardatione proceſſus hoc idem peterent,
& quod ad ſit ſtylus examinandi teſtes in partibus vigo-
re remiſſoriae, vt quotidie vtimur, & ratio committen-
di examina teſtium notario cauſæ in locis vicinis ſerua-
ta fuerit, tamen extra terras Eccleſiæ nunquam perſer-
ſum eſt agi, ideo mos antiquus omittendus non eſt, vt
remiſſoriam obtineatur.

Pars obtinuit. *Ex deciſione eiſdem 429. parte 3. libro*
3. in Quaiſſimis Paleſtrini.

Commissio pro examinandis testibus sit ad iudices locorum, non autem committitur notario extra ditionem. Cap. VI.

Cum Martinus testes se habere non inuenerit, duos in Hispania, totidem in Burgundia, unum Mediolani, alterum Tortonae, duos Mantuae, unum Roma, audientiamque ipsorum committi petierit, obsequium est, quo ad omnes commissionem faciendam est, quoniam testes non subditi ad ueniendum compellendi possunt, ideo etiam in causis meri, & mixti imperii commissio fit. Neque reperitur iure cautum quod testium audientia potius notario cause committatur, quam iudici loci, in quo testes degunt, si suspensus non fuerit, ut est in nulli suspicio aderat, cum noscitur personae notissimae existant; pro maiori parte in dignitate constituti, quae uerisimiliter per locorum iudices magis cognoscuntur, quam per alterum, qui mitti potuisset, quare suppositione personarum timor cessat. Neque aliqua fraus considerari poterat, quod consulto fuisse, dataque opera ita segregati, ut eorum audientia committeretur, quia satis constabat quoniamlibet ex nominatis iam diu in locis expressis existisse, ut omnis suspicio cessaret. Quamobrem cum aduersario non obstitit, committendum est.

Cap. Martirano. *Ex decisione Consilii Neapolitani 7. Thema Minardi, & decisione Rota Bononiensis 74. Petri Benitendi.*

Iudex remissorialis an eligat notarium. Cap. VII.

Commissarius, cui testium examen in aliena provincia commissum est, notarium, siue scribam idoneum ad scribendum alia eligere potest. Officium scilicet actorum prorogari non potest.

Commissarius. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis. 137. parte 1. Francisci Marci.*

Iudex remissorialis an sit merus, vel mixtus executor. Cap. VIII.

Quando per tenorem commissionis articuli siue in interrogatoria dari possunt, & praesertim quando examen testium habenti iurisdictionem committitur, tunc cause cognitionem habere dicitur, ubi autem partem grauet, appellations ad delegatum locus est. Quando autem exercitium commissum est, ut quia articuli missi sunt, tunc merus, siue nudus executor censetur, a quo regulariter non appellatur.

Quando per tenorem. *Ex decisione eiusdem 140. parte 1. Francisci Marci.*

Remissoria coram vno ex iudicibus dicitur bene executi. Cap. IX.

Iudicum multiplicatio in fauorem obninentis remissoriam expedita est, cui & ipse renunciare potest, dum modo ordo seruetur ut ad iudices alterius partis, contra quam remissoria decreta sunt: Quare coram vno ex illis bene executi dicitur.

Iudicum. *Ex decisione Rota Romana, 60. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissoria quando non conceditur siue sumo. Cap. X.

Remissoria in prima instantia siue sumo concedi non debet, & cum obligatione de stando vniuersae sententiae ad probandum expressionem valoris factam in gratia: quoniam ad probandum obiectus remissoria siue sumo non datur, sed postquam contra impetranterem de regula valoris datum est, probatio expressiois maioris valoris, obiectus est.

Remissoria. *Ex decisione eiusdem 60. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

De eodem. Cap. XI.

In prophanis autem in quilibet instantia siue sumo datur, dummodo probatio relictans sit, quia frustra probatio expectaretur, quae cum veniret nul releuaret, & ita pluries decium est.

In prophanis. *Ex decisione eiusdem 68. parte 3. Pauli Aemilii Veralli, & decisione 633. p. 4. in Nouissimis Iustitiae.*

Fumus pro remissoria qualis esse debet. Cap. XII.

Fumus autem ex confessione in actis facta colligitur etiam si reuocata fuerit, quoniam in huiusmodi Rota de tali quali probatione contenta est.

Fumus autem. *Ex decisione eiusdem 32. parte 2. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissoria conceditur, consulto de sumo, & seruatis seruandis. Cap. XIII.

Fumus ex continuatione possessionis Ioannis sufficienti ad concedendam remissoriam, sed tamen antea quae de stylo sunt, seruanda sunt, nimirum ut principalis se obliget de stando vniuersae sententiae, & ad alia quae de stylo fieri debeant, ut remissoria uti non possit, nisi prius plenè dictis obligationibus satisfacto.

Fumus. *Ex decisione eiusdem 3. de dilationibus Casaris de Graffis.*

Cap. XIV.

Fumus probationis faciendae requiritur ad excludendam calumniam petentis remissoriam.

Fumus probationis. *Ex decisione eiusdem 415. parte, 2. Iacobi Putei.*

Remissoria est danda ei qui probat de firmo possessionis sui auctoris. Cap. XV.

Quia de sumo possessionis Petri constat ex quadam attestacione, de qua in fide, qua probata consistit quod prima resignacione facta per Ioanncm ad fauorem Petri, in cuius ius, & possessionem Balthasari surrogatus fuit, effectum sortita fuerit, & propterea cessabit ius Gasparis, secumque resignatarij ipsius Ioannis, ideo remissoriam Balthasari dandam esse conclusum est, atque executoriales ad fauorem Gasparis dandas non esse. Sed pro aliquam suspicionem, quae contra Balthasarem concepta est, qui compulsorales speciales pro extrahendo in instrumento dictae possessionis Petri obtinuit, nec eas sequi curauit, relicturum est, quod interim possessio ad ministracionem Cappelle, de qua agitur, & quam Balthasari obtinet, sequetur.

Quia de sumo. *Ex decisione eiusdem 183. parte 1. in Nouissimis Lancelotti.*

Cap. XVI.

Remissio ad probandum in partibus datur sub Bulla Papali, nisi in commissione concedatur, quod sub sigillo Auditoris datur.

Remissio. *Ex decisione eiusdem 25. de iudiciis in Antiquis.*

Cap. XVII.

Quando remissoria est relictans, ita ut concedi debeat, sed testium subornatio timentur, cum hoc remedium concedenda est, ut illa obninentes, tres testes conditionis, & fama: Roma nominare debeat, in quibus sub orationis nulla suspicio cadere possit, eoque ex animari fiat, ex quorum dictis Rota iudicabit, vtrum alij subornati fuerint.

Quando remissoria. *Ex decisione eiusdem 70. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissoria

Remissoria conceditur sine retardatione processus. Cap. XVllj.

Sine retardatione processus remissoria conceditur, quando pro parte petentis suspicio calumnie nõ exit, sed postquam cõcessa est illam relaxare ab arbitrio dominorum dependet. Si quis obtinens interpellatus fuerit vt expediret, & distulit, vterius concedenda non est, quoniam calumnia præsumentur. In causa matrimoniali, in qua summarie proceditur, iudex potest terminari, etiam cum repulsione breuiorem facere. Iudex ex causa reo terminum præfigere potest, etiam antequam actor probet, præsertim si ex natura causæ necessarium sit, quia celerem expeditionem desideret, atque de rei contumacia constet pluries intercellari, vt remissoria expediret, atque acciperet, propter quã etiam audiendum denegare potest. Propterea conclusum est, quod datur remissoria sine retardatione processus, & prolationis sententiæ.

Sine retardatione. *Ex decisione eiusdem 58. parte 3. Pauli & Emilij Peralli.*

De eodem. Cap. XIX.

Cum Archiepiscopus in mora petendi remissoriam fuerit, ideo sine retardatione processus, decemda est, nam cum in partibus mense Februario citatus fuerit, vt remissoria executioni adisset, & quia procurator intenuit, de materiis articulatis certiorari potuit, & quis effer Auditor causæ, actio notariis, & cum mense Martio procuratorem conuenerit, qui Iunio eiusdem anni comparuit, causæ registrum perquirere debuit, vt potuisset defendere, atque articulos pro causæ defensione componere: Quare cum duos alios sequentes annos expectauerit, ideo remissoriam sine retardatione concedendam esse placuit.

Cum Archiepiscopus. *Ex decisione eiusdem 281. parte 3. Jacobi Putei.*

Remissoria quando sine retardatione, & quando cum retardatione concedenda. Cap. XX.

Remissoria vtrique parti decreta, si agēs spolio testes examinauerit, illaq; produxerit, aduersarij suum quin illam etiam post vnde viginti menses expediat, impedit non potest, quoniam terminus ad illam exigendam præfixi debuit, iuxta stylum Rotæ: interim illum mora fuisse dici non potest, cum actorem nihil probasse, verisimiliter credere potuit. Sed Rota respondit, vt media via eligatur, nimirum, vt remissoria sine retardatione concedatur, si non via executiua agitur, alioquin releuetur remissoria cum retardatione, quia ita de iure debetur.

Remissoria vtrique. *Ex decisione eiusdem 655. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoti.*

Remissoria quando sine retardatione datur. Cap. XXI.

Ivlus de canonica Adriano verò per obitum ab ordinario obtinuit, cum autem Iulius duas sententias reportauerit, Adrianus in tertia remissoria petiit, ad probandam resignationem inualidam ad ille nouam provisionem quoque obtinuisse ostendebat, & propterea remissoriam irrelevantem dicebat, & Adrianus nouam provisionem multos defectus pati opposebat, & cum super remissoria dubitaretur, conclusum est, vt sine retardatione causæ datur, si apparebit, quod releuans nõ existat, interim autem de eius relevancia disputetur, quod plurimum à nouæ provisionis validitate dependet, Nam si valida est, vtrique remissoria nihil preualet,

& ideo causâ expediri poterit. Propterea videndum est, vtrum nouæ provisioni obset regula de mense, aut regula de trimestri, aut alia, quæ à parte opponitur.

Iulius de canonica. *Ex decisione eiusdem 718. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoti.*

Cap. XXII.

In his quæ subitam expeditionem requirunt, remissoria sine retardatione etiam in prima instantia dari potest.

In his quæ subitam. *Ex decisione eiusdem 1115. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Tolomei.*

Remissoria non conceditur, vbi probatio potest fieri per scripturas in curia.

Cap. XXIII.

Commissio gratiosa pro remissoria habenda ad probandam taxam beneficii in partibus, surreptitia via facta est, eo quod de probatione, quæ in curia per librum Theaurarij haberi poterit, mentionem non faciat, quoniam hæc probatio sufficeret. Vbi probatio facilliter per scripturas fieri potest, remissoria de more palatii ad probandum per testes non conceditur, vt cuiuslibet maximi labores, & sumptus, qui non sunt in productionibus scripturarum, aliter malignando occasio daretur, quæ præcludi debet, verisimile enim est, illum qui scripturarum probationem aggredi non vult, totque laboribus, & expensis parcere, ideo tendere ad testes corrigendos, quia scripturæ ipsæ contrariæ sunt, & propterea in aduersarij præiudicium litem prorogare nititur, atque immoralem facere.

Commissio gratiosa. *Ex decisione eiusdem 9. Agajj Bellamera.*

Remissoria conceditur ad excusandum à delicto in materia executiua. Cap. XXIV.

Capitulum Zamoren. causam super iurisdictione commiserat, quam in clericos ecclesiæ que pretebatur, & cum post inhibitionem episcopo, & Vicario factam, vicarius cõtra clericos processisset, inflabatur, vt Vicarius in censuris incidisse declararetur, ipse autem per quosdam testes, licet nulliter examinatos, Episcopum ante inhibitionem esse in possessione procedendi, ostendebat, vt saltem daret finem pro remissoria obtinenda, nam interim lite pendent, sua processione priuandus non est. Replacabatur, quod super attentatis remissoria concedi non conuenit, sed quia hic nõ procedebatur, vt super attentatis pronuncietur, sed via executiua ad incursum censurarum, atque penarum, ita vt illa declaratio terti sententiarum vim haberet, ideo ad excusandum à delicto, remissoriam dari debere, conclusum est, etiam si aliquis sumus non extaret, quia in materia prophana absque sumo, præsertim in executiuis remissoria conceduntur.

Capitulum Zamoren. *Ex decisione eiusdem 219. parte 1. Jacobi Putei.*

Remissoria in prima instantia beneficiarum non datur nisi pro testibus senibus, & valedudinarijs, & sine retardatione processus.

Cap. XXV.

Pro testibus senibus examinandis, atque valedudinarijs remissoria in prima instantia causæ beneficiarum concessa est, quia ratione periculi multa contra iuris regulas permittuntur, sed ad cuiusmodi calumnia: timorem conclusum est, quod petens eam, nomina testium senium, atque valedudinarij nominet, ne in potestate partis esset alios examinare. Item conclusum est, hanc remissoriam sine retardatione processus concedendam

cedendum esse, quoniam remissionem in primis institutis causam beneficium dare non consentimus.

Pro testibus. *Ex decisione eiusdem 305. parte 2. Iacobi Putei.*

Remissionem ad probandum litem ex qua causa conceditur. Cap. XXXVI.

Cum propter expeditionem, sine expugnatione civitatis Rhodi multae scripturae deperditae praesupponatur, atque ita verisimile est, ideo ad probandum litem super divisione Cambianorum remissionem dandam esse placuit, maxime quia inter duas nationes agebatur, & ad habendam veritatem circa istylos hinc inde productos, probatio per testes optari debet.

Cum propter. *Ex decisione eiusdem 413. parte 2. Iacobi Putei.*

Remissionem conceditur ad probandum consuetudinem, etiam onerosam ecclesiae. Cap. XXXVII.

Ad probandum consuetudinem quod res ecclesiae in emphyteusim datae, debeant, finita locatione, iterum proximioribus locari, remissionem data est, licet illa consuetudo utilis ecclesiae non sit, sed damnosa, sed hoc post consentiendum probationem indicandum est, ne probandi facultas amputetur, hanc quia materia prophana est.

Ad probandum. *Ex decisione eiusdem 61. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissionem ad probandum concubinam aliquando concessa. Cap. XXXVIII.

In causa restitutionis in integrum remissionem data est, ab probandum concubinam publicum aduersarij praesentari a patronis, vt ostendatur, quod vigore constitutionis illius ecclesiae: collatio beneficij pro illa vice ad episcopum deuoluatur, et patroni scienter indignum praesentauerint, & tunc ordinarius probata per obtinentem remissionem, & sic constituto de concubinatus delicto, conserte ponit.

In causa. *Ex decisione eiusdem 67. par. 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissionem ad probandum valorem quando conceditur. Cap. XXXIX.

Prouisus a Nuncio de quadam praecceptorum Barchinonensi qui probare tenebantur, quod infra taxam, & valorem existeret, ad quem Nuncios facultatem habebat, ad iudicatorium contra possessorem habere non debet, quando tertius a Papa prouisus, pro suo interesse ad causam admissus est, & contra auctorem de valore per eum probando opponit, ex quo si praecceptorum non esset infra taxam, beneficium ad ipsum pertineret, & ideo auctori nullo modo deberentur, sed ipsi ad iudicatoria danda esset, quare propter hoc ius tertij, ius auctoris clarum non est, sed in suspensio: Et propterea conclusum est, quod cum valor in causa probari non possit, remissionem ad probandum in partibus concedatur.

Prouisus. *Ex decisione eiusdem 4. de probationibus. Martelli Crescentij.*

Remissionem ad probandum immemorabilem in beneficiis conceditur. Cap. XXX.

Super articulis releuantibus remissionem concedenda est, in quibus consuetudo temporis immemorabilis continetur, quae privilegij vim habet. & sicut privilegio Apostolico dicatur concessum, vt huiusmodi permutationes quadrangulares fieri possint, atque factae sortiantur effectum, cum isti articuli releuantes sint,

praesertim cum aliquis sumus probatus fuerit, atque calumniam suspicio cesset. Sed placuit penitentem remissionem, de stando vnice sententiae obligare se debere.

Super articulis. *Ex decisione eiusdem 56. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Cap. XXXI.

Cum probatum fuerit ecclesiam esse de iure patronatus, visum est remissionem ad probandum libertatem ecclesiae concedendam esse.

Cum probatum. *Ex decisione eiusdem 258. parte 3. libro 3. in Nouissimis Febij.*

Remissionem concedenda est ad probandum validitatem reformationis pensionis.

Cap. XXXII.

Axias quartanariam resignauerat, pensione triginta ducatorum sibi reseruata, tam super ipsa quartanaria quam super quibusdam alijs parrochialibus ecclesijs, quas Saluator obtinebat, Ferdinandus qui ius super hac quartaria praetendebat, praesertim ex subrogatione colligatis per obitum, resignationem fuisse nullam obiecit, quia pensio non valide reseruata fuerat, ex quo Saluator illas parrochiales non possidebat, vti ad illas obtinendum dispensatus erat, ideo Gundifalvus remissionem ad probandum pensionis validitatem petiit, & propterea expectatiuam, & nouam prouisionem Saluatoris produxit, simulque testes aliquos in partibus, quos nulliter examinatos deponentes, Saluatorem certo tempore a dictis parrochialibus suspensus percipere, quam remissionem concedendam esse, conclusum est.

Axias. *Ex decisione eiusdem 669. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoti.*

Remissionem in causis matrimonialibus semper dant, praeterquam si constet de calumnia.

Cap. XXXIII.

In causis matrimonialibus, spiritalibus, & corporalibus, tanquam in causis grauibus in prima instantia, remissionem dari consuevit, sed monialibus calumniosis praetentibus denegata fuit, quoniam semper praetenderet, vt modo articulos dant, quod de ordine praedicatorum, & mendicantium non existunt, & ita nunquam censuras incurreret, puellas infra probationis annum ad professionem admittendo. Cumque ipsae se non esse mendicantes cogitarent, nec vnquam pro suspensis se haberent, ergo nunquam de abolitione cogitare poneret, nec iam petere, nec Praelati hic agere poterunt, vt eadem absoluerent, prout nec abolitionem dederunt. Cum igitur remissionem petant ad probandum se a suspensione absolutas esse, constat de contradictione, & de manifesta calumnia, & cum materia releuans non existat, remissionem denegant.

In causis. *Ex decisione eiusdem 5. de probationibus Ioannis Moberani.*

Cap. XXXIV.

Remissionem in causis matrimoniali dari debet, sed vbi est timor potentiae alicuius domini temporalis, tunc extra illius loca danda est.

Remissionem in causa. *Ex decisione eiusdem 53. parte 3. Pauli Aemilii Veralli.*

Remissionem non conceditur ad probandum famam iuris patronatus in Antiquis. Cap. XXXV.

Ius patronatus non probatur per famam, etiam si esse famam in antiquissimis. Ideo remissionem danda non est: raptus magis sanctae praesumptione vsur patronatus in contrarium. Item possessione longissima, quae ex qua-

tuor

tuoꝝ pꝛouisionibus constabat, & cennu ac viginti annorum spatio durauerant, in quibus Papa semper sine iuris patronatus meione prouidit. Item Rota tenet, ius patronatus probari per famam in aotiquis, quando adit longissima possessio pꝛesentandi.

Ius patronatus, *Ex decisione eiusdem 60. parte 1. Iacobi Patei.*

Remiss. conceditur ad probandum Immemorabilem iuris patronatus, Cap. XXXVI.

AD probandum im memorabilem iuris patronatus remissoria concessa est, quoniam vbiunque illa probentur in quocunque, & quantumcuque potente, semper quicunque titulus allegari potest, ita vt illa probata, fundatio, & dotatio, aut pꝛesumitur, aut allegari potest.

Ad probandum. *Ex decisione eiusdem 58. parte 1. Iacobi Patei.*

Remiss. ad probandum famam donationis, & priuilegij quando conceditur, Cap. XXXVII.

PRioratus monasterij liberè per longissimū tempus à Papa collatus fuerat, nulla vlrimi status mentione facta qui fuerat ad pꝛesentationem Imperatoris ex priuilegio Apostolico, & licet Rota dixerit, quod ex vno actu pꝛesentandi possessio acquiritur, tamen ex illo vnicō bona fides non pꝛesumitur, nisi probetur, maxime in potente, in quo per vsurpationem quaesita pꝛesumitur. Ad tollendam hanc pꝛesumptionem duo testes in Curia examinati fuerant, qui de publica voce, & fama deposuerunt, quod ius patronatus esset ex fundatione, ac dotatione Comitum Rossignionis. Sed quia isti testes iuuenes erant. Ideo remissoria ad probandum melius in partibus data fuit. Et quamuis in ecclesia conuenualium fundacionem probare non sufficiat, nisi cū priuilegio Apostolico, quod non aliter per testes, sed ex ipso Archidiaconi probari opus est, tamen quia reses non solum de fama ex fundacione, & dotatione deponēbāt, sed quod de iure patronatus existeret, quod sine priuilegio esse non poterat, & quia procurator aduersariorū in quodam instrumēto asserit, Berengariū Comitē donasse ecclesiam, & omnia iura Abbati, sub quibus etiam patronatus contineri potest, & sine priuilegio haberi prohibetur, Ideo quo ad sumum, & remissoria concedendam omnia ista sufficere visum est.

Prioratus. *Ex decisione eiusdem 166. parte 2. Iacobi Patei.*

Remissoria datur in causa iuris patronatus, etiam sine suoꝝ. Cap. XXXVIII.

CVI communitas duas iuris pꝛesumptiones contra se habet, ideo nisi doceat de sumo, remissoria habere non debet. Nam cum ecclesia libera pꝛesumatur, ideo qui dicit se habere ius patronatus in ea, docere debet. Item quia communitates ex vsurpatione habere pꝛesumuntur. Nec articuli producti releuantes apparerent, ideo remissoria non datur. Sed quia causa iuris patronatus ad effectum remissoriae obinēdi pro prophana habetur, in quibus Rota indistinctè remissoria concedit, etiā sine sumo, ideo vniuersim pro ipsa conclusum est. licet communitas ius patronatus per scripturas probare debeat, tamen etiam per testes probari permittitur id quod in scripturis, cuiusque pꝛesentationibus continuas continetur.

Cum communitas. *Ex decisione eiusdem 1. de dilatione Casaris de Graffis.*

Remissoria in iure patronatus conceditur cum sequeitro. Cap. XXXIX.

AD concedendam remissoria possessori si per in re patronatus conclusum est, non sufficere promotionem de stando vnicū sententia, sed ipsum beneficium in sequēstro ponendum esse, quia si non probetur, sicut, & sequēstrum concederetur adue. sicut, & licet omittatur sententia, ex quo possessor vnica stare vult, tamen sequēstrum fraudari non debet, quia si illa non daretur, sequēstrum obtineretur.

Ad concedendam. *Ex decisione eiusdem 873. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Tholomei. & decisione 269. parte 2. in Nouissimis Aldobrandini.*

Remissoria ad probandum delictum conceditur. Cap. XL.

AD probandum Abbatissam foræ corruptam, & filios pepercit remissoria in prouincia Virdunem concessa fuit, quia de iure canonico cause meri Imperij delegari possunt. Etiam in causa criminali examen testium existentium extra prouinciam committi potest, & ita Romanam Curiam seruare plurimi attestati sunt.

Ad probandum. *Ex decisione eiusdem 8. de probationibus Marcelli Crescentini.*

Remissoria quando conceditur ad probandum delictum simoniae. Cap. XLI.

Remissoria pro simonia probanda non conceditur, nisi magnus sumus accedat, & quasi semiplena probatio ostendatur. Epistola autem Alphonsi, potius ostendit cōtrarium, cum à primis illius conuentionibus discessum fuisse ostendatur, atque vnā apocam laceratam fuisse, & laudū concordatam, prout in supplicatione, que extat in adis, ex qua apparet regressum, cum consensu Papa Martino referuatum fuisse, neque testis examinatus tempus, neq; rem ipsam pꝛæcisè percutit, Item remissoria petito calumniosū videtur, cum Ginesius pensionē super Archidiaconatu fortassis per quatuordecim annos exegerit, & nunc post Alphonsi obitum illam nullum super hoc ius habuisse, probare intendit, quapropter remissoria de neganda est.

Remissoria pro. *Ex decisione eiusdem 687. par. 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoti.*

Remissoria conceditur, nisi sit calumnia. Cap. XLII.

Nvnquam solet remissoria denegari, nisi calumniosè petatur, Item ad probandum signa, & sigilla notariorum concedi consuevit, ne partis ius pereat, & ad probandū mandati scientiam, vt appellatio legitur, maxime quia constat de sumo per plures cōstitutiones mandatorum cum capitulo factorum. Neq; dicitur, hoc mandatum tunc temporis penes notariorum capitulo non extitisse, nam ex quo semel illi pꝛesentari fuit, ab eodem recuperatum non pꝛesumitur, nisi probetur, ad descendendam sententiam à nullitate opposita, remissoria danda est.

Nunquam solet. *Ex decisione eiusdem 59. par. 3. Pauli Amilij Peralli.*

Remissoria contra instrumentum calumniosè petita in causa spoli denegatur. Cap. XLIII.

Ioseph monasterium resignauerat in sanorem Iohannis, pꝛætendebatque cum conditione resignasse, nimirum reſeruata quadraginta ducatorum pensionē, atque regressu, nec aliter, nec alio modo, sed notariorum instrumentum.

strumentum simplicis resignationis dederat, propter quod Ioannes literas ex peduera possessionem que ceperat, ideo resignans egit spolio, & alteram in partibus, alteram in Rota sententiam obtinuit, nunc autem in tertia in Rota sententiam petit. Quod ad summum nihil dubitatum est, nam satis de eo constat visum est, tunc ex instrumento, nunc etiam per duos testes extrajudicialiter examinatos post primam sententiam, qui resignationis instrumentum comprobabant. Sed de calumnia valde dubitatum est, Nam in partibus super eodem iudice per multos nuntios his habita sunt, & testes examinati non fuerunt, Item quia testes instrumentarii nihil contra instrumentum deponunt, & in causa ipsi suspicio est, ne spoliator remissionem petat, ut dicitur spoliatus tuetur.

Joseph. *Ex decisione eiusdem 479. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Palatii.*

Semel tantum remissoria concedenda est.

Cap. XLIV.

Remissio ad partes super eisdem articulis non nisi semel quilibet parti litigantium concedenda est.

Remissio. *Ex decisione eiusdem 29. de iudicijs in Antiquis.*

De eodem. Cap. XLV.

Concessa semel remissione ad partes utrique parti, si altera rescriptum impugnaverit, quod examinatum diu potestas data erat, & succubuerat, si postea eadem iterato remissionem petierit audiri non debet, & ita frequentiori voto denegata est.

Concessa. *Ex decisione eiusdem dubio 28. Thomae Fallii.*

Secunda remissoria propter quas causas neque minori conceditur, & quid de re iudicata in integrum. Cap. XLVI.

Secunda remissoria Ioanni denegata est, quibus minor aduersus probationem omnium restitui soleat, praeterquam si de laesione consistit, quoniam timor aderat subornationis testium examinandum super antiquis articulis, & ex eisdem iuris calumniae, atque suspicionis restitutio minori, & ecclesiae denegatur, quod contra eos doli praesumptio est, nisi diligenti inquisitione praemissa iudici constiterit, probationes sui facilitate ommissas esse, aut subrogationis praesumptio esset. Cum autem constiterit omnem possibilem fecisse diligentiam, ut testes innumeratos in prima remissoria examinasset, calumnia, atque doli est, abus ommissis allegare. Et quia constabat, quod alii testes subornauerat, falsosque induxerat, similis ita in futurum faciens praesumptio oritur. Ad quas praesumptiones purgandas, quando alias ad probandum admittendus esset, incontinenti offerre deberet.

Secunda. *Ex decisione eiusdem 50. par. 3. Pauli Emiliae Peralli.*

Remissoria secunda non est danda pro eisdem testibus. Cap. XLVII.

Si pars cui semel decreta fuit, & expedita remissio producit testes in partibus, sed propter factum partis impedita citationem exequi, contra producentem deposuerunt, alia remissio pro eisdem testibus danda non est, quoniam idem, quod antea deponere praesumuntur.

Si pars. *Ex decisione eiusdem 522. Agidij Bellamere.*

Remissoria quando prorogatur. Cap. XLVIII.

Ad tres menses in ciuitate Bononiae remissoria decreta est, quibus etiam alij duo dati sunt, & cum

de negligentia petentium in non exequendo apparet, ad eos in maiori contumacia constituendum, & quia causa maxime erat importanter, alij duo dati sunt, quibus durantibus testes adducere debuissent, quos in Curia examinari volebat, sed pro testibus impeditis examen fieret in ciuitate Bononiae.

Ad tres menses. *Ex decisione eiusdem 220. par. 1. Iacobini Putei.*

Prorogatio remissionis non dicitur nulliter execututa, si non intimatur iudicibus.

Cap. XLIX.

Prorogationes, quae per dominos de Rota dantur pro complemento executionis remissionis, licet iudicibus in partibus non intimantur, antequam ad vltiorem executionem procedatur, non ideo remissoria nulliter execututa dicitur, quamuis index, antequam ad actus executionem procedat, de sua iurisdictione certus esse debeat, alioquin nullus existat, nam per praesentationem commissioris secundum dominos certificatur. Prorogationum ipsarum facilis est concessio, atque adeo in Curia inueterata, vti nullo iudice, etiam de partibus ignorari praesumuntur.

Prorogationes. *Ex decisione eiusdem 402. par. 3. Pauli Emiliae Peralli.*

Iudex Remissionis potest recipere confessiones.

Cap. L.

Defereat remissione ad partes, litterarum Apostolicarum virtute, per quam Papa iudicibus commitrit, ut super articulis inclusis testes, & instrumenta recipiantur, quae utraque pars duxerit producenda, quaeritur nunquid illi iudices partium confessiones recipere possint, ut si altera super articulis alterius ridentur ipsa confessio sicut iudicialis valida sit, ite an vt respōdeant praecipere possint, & pro: firmitate conclusionum est, quoniam instrumenta si nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest.

Decreta. *Ex decisionibus eiusdem 25. de probationibus in Antiquis, & 3. de testibus in Antiquioribus.*

In secunda instantia non datur remissio, licet noti articuli admittantur. Cap. LI.

Si in prima instantia datur remissio, & trahatur ad partes pro testibus producendis in secunda instantia, licet noti articuli dēnt, etiam admittibiles, quia de iure dantis existant, tamen non est iterum extra Curiam remissio concedenda, sed ipsi articuli ad probandum in Curia infra certum tempus admittendi sunt, dummodo articulationes in partibus receptae publicatae non sint, vt litium finis existat, & via fraudibus non aperitur.

Si in prima. *Ex decisione eiusdem 16. De testibus in Novis.*

Remissoria super articulis probandis per testes comprehendit probationem per instrumenta.

Cap. LII.

Quando causa est per appellationem, vel citationem de speciali mandato factam in Curia, licet pro articulis datis ad probandum duntaxat per scripturam remissoria non concedatur, si tamen aliqui articuli per testes probandi sint, bene conceditur extra Curiam ad citandum circumum. Item quia nomine testium etiam instrumenta continentur, si ergo remissio datur pro testibus producendis, & instrumenta produci possunt.

Quando causa. *Ex decisione eiusdem 17. De testibus in Novis.*

Pet

Per remissoriam in prima instantia concessam, quando testes possint examinari in secunda.

Cap. LIII.

Vbi articuli in prima instantia ad probandum in Curia, & extra admitti fuerint, licet pars negligens fuerit in prosequendo, atque in habendo remissionem ad partes, tamen de benignitate Canonica, praesertim in beneficiis, vti poterit, & ipsam remissionem prosequi, quoniam probationes angustandae non sunt.

Vbi articuli. *Ex decisione eiusdem 20. De testibus in Nguis.*

Remissoria concessa est in tertia instantia.

Cap. LIV.

In tertia instantia remissoria ex his causis concessa est: Nam ille vti Archiepiscopus in processione iudiciale dicitur in loco dignitatis, atque inquestum interpositum est, vti ex iuramento patet. Quod si non probat, magnum summum praebet, & materia est maxime relevans, item domum presbyteralem locasse dicitur, & horeca vltra triennium, atque ita in Paulina incidisse, quam vsu receptam esse probare intendit, item simoniam probare vult, cuius summi datur ex verbis laudi, vbi eodem datur ad solvendum expensas pro expeditione regressus. Item confidentiam, quae ex confessione, quamuis renouata ostenditur. Accedit, quod etiam dicitur, post inquestum factum, causae cognitionem sibi delegata, vti Archiepiscopo, prosequantur esse. Et quamuis haec omnia tendant ad probandum delictum, tamen non agitur de poena imponenda, & propter magnum summum concedenda est.

In tertia. *Ex decisione eiusdem 446. parte 3. in Nguis finis Palestri.*

Cap. LV.

Remissoriam in causa priuationis regressus ob non solutam pensionem concessio est dari debere sub obligatione de stando vniuersae iocentiae.

Remissoriam. *Ex decisione eiusdem 6. De dilationibus Acbillis de Grassi.*

Argumentum de remissoria ad inquestum non valet.

Cap. LVI.

Abique obligatione de stando vniuersae sententiae conclusum est remissoriam dari non debere: Nam petens vnam, & aduersarius alteram sententiam obtinuerat, & possidebat. Item conclusum est argumentum de remissoria ad inquestum non valere.

Abique obligatione. *Ex decisione eiusdem 4. De dilationibus Acbillis de Grassi.*

Remissio cum obligatione de stando vniuersae datur in prima instantia. Cap. LVII.

Petenti remissoriam in prima instantia cum obligatione de stando vniuersae si per maiora relevanti danda est, atreuo quod testes in Curia satis probant a parte sexaginta quinque annorum coadiuti ex aspectu, sed quia decem detrahendi erant, iuxta doctrinam, quam Rota sequitur, & ita non nisi quinquaginta quinque annorum aetas probata erat, ideo concessa fuit ad probandum aetatem sexaginta annorum coadiuti, in coadiutoria ex praesentem.

Petenti. *Ex decisione eiusdem 57. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Cap. LVIII.

Illa obligatio de stando vniuersae sententiae ad effectum habendi remissoriam intelligitur, si ex illa causa sententiam

sententiam contra se habuerit, vti patet si intentionem suam ex illa remissoria non probauerit. At si ex alia causa sententiam contrariam reportaret, secus est. Remissio de stando vniuersae de prima intelligitur.

Illam obligatio. *Ex decisione eiusdem 54. parte 1. Iacobi Putei.*

Pro instrumentis producendis non datur remissoria.

Cap. LIX.

Licet pro instrumentis producendis in causa per appellationem, vel de speciali mandato ad Curiam deuoluta, siue commissa, remissoria ad partes non datur, tamen si instrumenti producti signa sigilla, atque notarii denegentur, si nullo modo in Curia probari possunt, remissio concedenda est, quoniam haec per testes probanda sunt, quos lectum ad Curiam ducere non poterat, nec tenebatur, licet pro dilatorijs exceptionibus, aliisque praebendis, vel incidentibus, siue emergentibus in causa regulariter remissio non datur, tamen pro exceptionibus peremptorijs, concedenda est, sed in hoc casu, totum ius partis periret, si signa, sigilla, atque notarii non probarentur.

Licet pro instrumentis. *Ex decisione eiusdem 6. de probantibus in Nguis. et decisione 46. de testibus in Antiquis.*

Remissio pro liquidanda obligatione est concedenda citato principali personaliter.

Cap. LX.

Super obligatione liquida, iurata absentia partis, factaque confessione per procuratorem Auditor Cameracensis ad executionem, & reliquis censuras procedit, non alter citato principali, sed vbi liquidanda est obligatio, cum praetendatur Dominici contraxerit concordia, quam sub poena observare promiserat, ad probandum conventionem, vti ad confessionem processu possit, remissoria non nisi aduersario principali citato concedenda est: In obligatione liquida, si procurator debitum fatetur, condonatio sequi debet, & tunc quando docungetur principalis citatus, satis est, sed cum agatur de illa liquidanda, & sic de grau prauidicio, & procurator non nisi liquidata obligatione fateri possit, ad illam faciendam principalis citandus est, aliter prauidicium parte non citata inferretur.

Super obligatione. *Ex decisione eiusdem 30. parte 2. Iacobi Putei.*

Cap. LXI.

Post remiudicatum remissoria concedi non debet, quoniam liti finis impositus est, ideo probationes recipiendae non sunt.

Post rem. *Ex decisione eiusdem 51. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Remissoria non conceditur in causa a tentatorem. Cap. LXII.

Neque attentanti ad probandum spoliolum ecedenda est, nisi prius actotum expensis relictis, quoniam causa attentatorum & petitorum, & possessorum suscipiendae, atque ante omnia expedienda est, atque reuocanda antequam ad remissoriae concessionem deueniatur.

Neque attentanti. *Ex decisione eiusdem 52. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Remissoria non conceditur pro reprobatione testium. Cap. LXIII.

Neque pro testium reprobatione, propter subornationem, & falsitatem suscipiendum, nam suscipiendum est contra petentem, vti in dies maiora committat. Item calum.

calumniosa dicitur, cum ad illud probandum tendat, quod probatum non releuat. tanto magis testes, quos reprobare attentabat, noti erant, & corâ ignorantiam prætereundum non poterat.

Neque pro testium. *Ex decisione eiusdem 34. Pauli Emily Veralli.*

Remissoria an & quando conceditur ad probandum nullitatem pensionis. Cap. LXIV.

AD pensionis nullitatem probandis remissoria dari non solet, quando commissio expedita est, quod sine retardatione solutionis pensionis procedatur. Quia do materia est releuans, sine retardatione concedi consuevit.

Ad pensionis. *Ex decisione eiusdem 55. parte 3. Pauli Emily Veralli.*

Remissoria non conceditur ad probandum simoniam. Cap. LXXV.

PRO simonia conuentionali probanda, dari nõ solet, nisi constaret de magno sumo, quoniam ad delictum daretur.

Pro simonia. *Ex decisione eiusdem 62. parte 3. Pauli Emily Veralli.*

Spoliatori non datur remissoria. Cap. LXXVI.

NEque illi danda est, qui testes in partibus lite pendente, examinare potuit, & non fecit: Nec minus spoliatori ad conuentionem in spolio, quod probatum est. Nec ad probandum crimen conceditur, quia obiectus criminis, ad restitutionem impediendam, admittendus non est. Et crimen simoniæ ante sententiam declaratoriam, non impedit restitutionem. Neque procurator mandatum de obligando principalem luti habebat, vt vnica sententiæ flaret: Quare cum causa spolij mania esset, expediri mandatum est.

Neque illi. *Ex decisione eiusdem 63. par. 3. Pauli Emily Veralli.*

Remissoria est nulliter executata stante suspitione notarij. Cap. LXXVII.

PARTE iurante, notarium remissoria habere suspitionem, atque renouari protestare, alias de nullitate, remissoria nulliter executata dicitur. Idem si duo notarij deputati sint, & altera partium petierit, quod vnus sine alio non examinaret, quoniam notarij suspitionem allegare sufficit, ad illud recusandum, & solo iuramento probatur.

Parte iurante. *Ex decisione eiusdem 64. parte 3. Iacobi Patei.*

Remissoria denegatur propter negligentiam. Cap. LXXVIII.

ALiquando Rota remissoriam denegare solet, vt in casu nimis negligentiæ ad expediendum illa. Preteritum si causa matrimonialis ageretur, quæ celerem expeditionem requirit.

Aliquando. *Ex decisione eiusdem 65. parte 3. Pauli Emily Veralli.*

Cap. LXXIX.

VBI articuli releuantes non sunt, remissoria danda non est.

Vbi articuli. *Ex decisione eiusdem 2. de dilationibus Cas. ris de Grossis.*

Remissoria non datur ad probandam calumnie confessionem aduersarij. Cap. LXX.

AD confessionem aduersarij probandam, quæ nullatenus in casu fouere difficit, sed causam commisitisse ad effectum aliquid extorquendi vigore cõcordiæ, remissoria denegandum esse placuit, quoniam sumus cõmissionis tempus nequaquam pereuerbar, ita quod litem calumniosè insitutum dei ponisset, & cum aliquid de agentis iure constaret, ea causa, & non calumniosè litem motam esse visum est.

Ad confessionem. *Ex decisione eiusdem 39. de probationibus Marcelli Crescentij.*

Remissoria denegatur propter calumniam, quæ si extra acta concipitur, apud ea redigenda est. Cap. LXXI.

DILATIONIS, ac remissoria materia arbitraria est, tunc autem expressè denegari solet, quando iudex calumniam concipit, aut præsumitur, quod maliosè petat, de qua, si non constat in actis, apud ea redigi faciat.

Dilationis. *Ex decisione eiusdem 3. de dilationibus Cas. guelmu Casadori.*

Remissoria conceditur ad executandum spoliun, & attentata. Cap. LXXII.

IN attentatis non datur remissio, sed probatio in Curia admittitur. Ad executandum attentata: non datur remissoria concessa est, sicut ad executandum spoliun, quoniam prohibitio intelligitur, quando ad probandum postulat.

In attentatis. *Ex decisione eiusdem 3. de dilationibus Cas. guelmu Casadori.*

Cap. LXXIII.

INtruso remissoria non datur, nisi consentiat sequens, neque datur non possidentis, nisi renunciet sequens, si sententiam pro se habuerit.

Intruso. *Ex decisione eiusdem 919. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Tholomei.*

Cap. LXXIV.

ETIAM minoribus attentatis remissoriam denegari visum est, nisi prius vitio spoli purgato.

Etiam minoribus. *Ex decisione eiusdem 1081. parte 3. libro 3. in Nouissimis Tholomei.*

Remis. non potest dari ad fauorem vnus litigantis coram duobus contra duos. Cap. LXXV.

TITUS contra Caium super beneficio D. Petro cause commissionem obtinuit, contra eundem alter D. Iohanni commissionem impetrauit, Reus autem coram D. Petro remissoriam contra vtrumque actorem petijt, & obtinuit, & com. de validitate dubicaretur, conclusum est nulliter respectu secundi corcessam esse, quoniam iurisdictione carebat, & saltem secundi auditoris consensus necessarius erat.

Titius contra. *Ex decisione eiusdem 1. De foro competenti Marcelli Crescentij.*

Pendente termino remissoria concedantur compulsores. Cap. LXXVI.

PENDENTE termino remissoria ad partes generales compulsores decerni possunt, quoniam legis prohibitio in pronuntiatione procedit, non autem in his, quæ ad expeditionem causæ sunt.

Pendente. *Ex decisione eiusdem 160. parte 1. Iacobi Patei.*

In pro-

In prophanis absque fimo in secunda infantia ex quibus denegata est. Cap. LXXVII.

Cum de reali petri numeratione per ipsum instrumentum appareat, atque ipsa non numeratio census nunquam patenti fuerit, ideoque fructus multo tempore absque contradictione soluti fuerint, atque pax duntaxat vltima contractum continere pratendetur, hec omnia non solutione pretii directo oppugnabunt, propterea remissoria etiam in alia infantia denegare visum fuit.

Cum. *Ex decis. eiusdem 343. parte 4. in Nouissimis Littæ.*

Ad probandam prescriptionem in decimis, in quacunque infantia, etiam sine summo, etiam in spolio conceditur. Cap. LXXVIII.

Ad fundandam pretii nem super decimis quadragenaria suffragitur, propterea remissoria concedenda esse placuit, quia materia decimarum, quod ad hunc effectum est propiata, in quibus pulchri in quacunque infantia, etiam absque summo concedi conuenit. Neque enim sit defectus in tituli, quoniam capitulum de Ganoni illo non in legi, & licet eadem ius commune resistat, quo ad decimas in aliena parochia, tamen ad hunc effectum situs est, quod in titulo Valentino non alii sit, quod dicitur donationis titulo innotuit, non ut teneat eorum in ius. Ad probandam prescriptionem, se legitime prescriptis, ut agere situs est, nam probatione facta, verum sit legitimum in leuitur. De tituli Gano sit defectus non ad hunc conuolare dici potest, cum adhuc dicere poterit, quatenus opus est. Remissoria ad probandam prescriptionem, iuxta opinionem, quam hodie videntur, etiam in spolio locum habet.

Ad fundandam. *Ex decis. eiusdem 704. parte 4. in Nouissimis Paphili.*

Remissoria, vt concedatur in causa matrimoniali, quod requiratur. Cap. LXXIX.

In causa matrimoniali remissoria concedere placuit, ad iuramentum situs est, si vel vnus articulus, qui ad veritatem sufficientem probari possit, vbi autem probaretur licentiam a Vicario Episcopali ante contractum matrimonium, concessam non in fuisse, sed post ea subscriptionem esse, in matrimonium, et dispositione Concilii, nulla in existere. Quod articulus confessioni contradicatur, nihil obstat, vbi non fuit, quoniam illa enunciata confessio poterat iracundie, & cum contrarium ex libro parochi appareat, calumnie suspicio subuenit, & confessio veritate reuocari poterit. Ipsa suspicio calumnie, quæ remissoria impedire potest, vehemens esse debet, aut saltem probabilis, quoniam de preiudicio irrepugnabilis agitur. Et cum hæc causa grauissima existat, in qua etiam post publicatas attestaciones testes recipiantur, remissoria concedere placuit.

In causa. *Ex decis. eiusdem 725. parte 4. in Nouissimis Mantice.*

Remissoria non datur ad impediendum immisionem heredes. Cap. LXXX.

Ad impediendam immisionem ex remedio Iustitiani faciendam, remissoria non conceditur, & licet duo ex articulis releuantes sint, tamen vehemens calumnia presumptione affecti sunt, quoniam id probare volunt, quod iam probatum fuerat, nimirum Car dinalis subscriptionem veram non fuisse, quod nisi per testis de iudicio deponentes fieri non potest, hoc autem admittendum non est, cum vltra testes de veritate, a restatione alterius Cardinalis, omnis suscitatis suspicio tollitur, Item articulus inuicem repugnant, dum latetur scripturam Cardinalis non existere, & postea affe-

runt duos, vel tres dies ante illius obitum subscripsit, aut igitur negatio manus calumniosa est, aut si admittatur, esse diuero tempore scriptam, relictus non existit, cum nota restatanti petiecto ab heredis immisionem pendat.

Ad impediendam. *Ex decisione eiusdem 831. parte 4. in Nouissimis Seraphini.*

RESCRIPTUM.

Qui tituli sint de substantia rescripti. Cap. I.

De substantia rescripti est, vt nomen Principis concedentis superponatur, secundum superioritatem rerum, & perlonarum, de quibus agitur, quinimo quæ sitis, siue Cancellarij subscripção necessaria est, præsertim in priuilegiis, & gratis arduis, In alijs de cõsuetudinibus non feruntur. Antiquis etiam Cardinales subscribebant. Rescripta quò ad virtutem comprehensiuam latissimè interpretanda sunt, ideo de domicilio partium, & atque Caltis situatione mentionem factam esse sufficit.

De substantia. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 68. parte 1. Francisci Marci.*

Data literarum quomodo probetur. Cap. II.

Data literarum Papa licet in literis non appareat, tamen per subscriptiones posteriores literas probari potest, in quibus de prioribus mentio facta fuerit, quoniam Papa asserens factum proprium per verba in personam suam concepta, relatum sufficienter probat. Neque est necessaria productio literarum relatarum, quia illæ presuntur, & per coniecturam probantur.

Data literarum. *Ex decisione Rota Romana 236. parte 1. Pauli Emili Veralli.*

De eodem. Cap. III.

Quòd igitur data literarum Alexandri sexti Maurotium cõuersionem præcesserit, ex qua in plurimis concessuris pro probata habita fuit, nimirum quod decimas exigendi facultatem det a nouiter conuertendis, & loca de quibus agitur, vltimo loco conuertitur sint, et tunc si priuilegium præcederet conuersionem frustratorium fuisse, nec est præsumendum, cum Reges ita factum non fuissent. Item quia post priuilegium Reges decimas percipere apparet, ergo ut in præambulo ad fecisse presuntur, ad uitandam delictum, & maxime in Regibus Catholicis, qui tempore ad eadem Apostolicam, pro impetrandis huiusmodi priuilegijs recurrebant, nam si decimas vltimè vltimè voluissent, illa priuilegia non impetrasset, præsertim cum in quasi possessione exigendi existant. In probatione tituli prædecessoris, leuis agitur, Idè in possessione. Item extractio priuilegijs vltimo loco facta in substantia non peccat, tunc in productione pars citata fuit, & in termino non contradixit, & cum de nouo extrahendis licentiam petierit, denegata fuit. Præterea illa originalis scriptura, ex qua exemplum extractum est, sufficienter recognota fuit, quæ maximam præsumptionem inducit. Item stylus probatus est, secretarius esse, qui Imperatoris in mentem referuntur.

Quòd igitur. *Ex decisione eiusdem 238. parte 1. Pauli Emili Veralli.*

Rescriptum ab excommunicato impetratum, & quansio valeat. Cap. IV.

Ab excommunicato rescriptum obtentum in ipsius re nullum existit, sed hoc coram Auditoribus Petri non procedit, qui in cognoscendo ordinarius iudicium habet, in decidendo verò delegatum.

Ab excommunicato. *Ex decisione eiusdem 90. parte 1. & 72. parte 3. Pauli & Emili Petralii.*

Rescriptum auocatorium cause surreptitium, est ipso iure nullum. Cap. V.

Regulariter ad lites rescriptum surreptitium, ipso iure et nullum non est, sed exceptio opponenda est, 1. quando est causa auocatorium ipso iure vitata, quoniam reuocatio litterarum Papae odiosa est, cum iudici, qui reuocatur, contumeliam fiat, & ita pluries iudicium fuit.

Regulariter. *Ex decisione eiusdem 1. de rescriptis Gregorium Cassaduri.*

Rescriptum à quo praesumitur impetratum. Cap. VI.

Illa verba, pro parte nobilis consilii in rescripto apposita, nequiquam consilium impetrasse probant, nisi alibi appareat. Haec autem diuisio intellecta est, nisi magna in expediendo impensa, nusquam esset propter cuius erogationem, ad illius instantiam impetratum esse praesumeretur, nisi nuncupatus in supplicatione contentum probauerit.

Illav erba. *Ex decis. Extravag. 1. Petri Garsig à Tolet.*

De eodem. Cap. VII.

Idem si rescriptum penes se retinuit, nam impetrasse praesumitur.

Idem si. *Ex decisione Regni Neapolitani 60. Franciscus Diuini.*

Rescriptum est commune inter partes. Cap. VIII.

Litterae ab vno ex litis consortibus impetratae, alteri etiam communes sunt, post litteram contestatam, & maxime si parui praedicti fuerint.

Litterae. *Ex decisione Parlamenti Delphiniensis 330. parte 2. Franciscus Marchi.*

De eodem. Cap. IX.

Hospitalis rescriptum obtinuit, quod in omnibus suis causis actiue, & passiuè, iudices summarie, solasque veritate inspecta, nulloque iuris ordine seruatopraecederent, & cum Titius illius vigore super petitione hereditatis illius conuenisset, citatus rectore, atque procuratore eiusdem atque his contestata fuerit, frustra hodie de nullitate agit, & quod ordinaria via agendum esset, opponitur, nisi si rescriptum à parte impetratum ius nouum continent, aduersarius retorquitionis iure, etiam obintente inuito vti potest. Item quia consensus in modo procedendi praebitis dicitur, nam pro rogatio oritur, si nulla exceptio opposita fuerit.

Hospitalis. *Ex decisione Rotae Lucensis 52. Hieronymus Magonius.*

Rescriptum falso scriptum, cuius expensis reficiendum sit. Cap. X.

Scriptor Apostolicus litteras propter errorem, cuius abbreviatoris commissum reficit, expensis abbreviatoris non impetrantis facere debet, quod in Rota obsecratu n fuit, pro Rege Hispaniae Philippo contra Carneri, à quo Rex privilegij sui rescriptum petijt, & aliquot litterae omisit iurant.

Si scriptor. *Ex decisione Rotae Sponsis 97. parte 4. Gasparis Guglielmi.*

Cap. XI.

Rescriptum impetratum in causa appellationis à correctione, si de causa propter quam corrigitur, mentionem non faciat, nullatenus valere conclusum est.

Rescriptum. *Ex decisione Cappella Tholosana 442. de iis consery.*

Rescriptum secundum non faciens mentionem de primo surreptio non valet. Cap. XII.

Titius contra Sessum primo quoddam Apostolicum rescriptum ad certos iudices surreptinè impetrauerat, postea secundo alios iudices super eadem causa non surreptitè, quia quae in primo omiserat, expressit in secundo, nullam tamen in primo surreptij mentionem factam, contra eundem Scium rescriptum aliud obtinuit, & cum dubitaretur, pro validitate secundi conclusum est, quoniam de primo surreptio nullam mentionem facere tenebatur, maxime quia contra primum de surreptione oppositum est. Cum contra secundum de primo obijciatur, impetrans turpiditatem suam allegare non dicitur, quoniam ignorantiam, & inaduertentiam, exprimeret potest, ex quorum omissione surreptitum reddebatur. Sed quid in surreptione si in primo non exprimeretur, quod expressio nulla potest expositione celari, tunc turpiditatem allegare diceretur.

Titius contra. *Ex decisione Rotae Romanae 11. de rescriptis in Antiquioribus.*

In rescripto de litis pendencia mentio facienda est. Cap. XIII.

Si rescripto causa Auditoris in Curia committatur, si de litis pendencia in partibus coram domino temporaliter super spoliacione feudi, mentionem non faciat, etiam si vidua, vel persona alias miserabilis esset, commissio ipso iure non valet. Cum autem de possessione, & spolio coram iudice seculari in suprema Curia ageretur, actor non poterat inhibitorium, atque compulsoriam à Summo Pontifice impetrare, nisi de ista litis pendencia, quae iure pendere potest, mentionem fecisset, & propterea inhibitorium, tanquam surreptitum seruandam non esse, conclusum fuit.

Si rescripto. *Ex decisione Regni Lusitanij 11. Aluani Valaschi.*

De eodem. Cap. XIV.

Lite pendente Principi supplicare prohibetur est, aut rescriptum, siue privilegium litis mentione non facta, impetrare, etiam appellatio quacunque partium interposita, exprimens est, quamobrem rescriptum commissiois causa à Papa obtentum valere non dicitur, quoniam litis pendencia appellatioque coram alio iudice introducta, nullam mentionem fecerit, praesertim cum ad impetrantis instantiam, iudex contra aduersarium citationem decreuerit, ergo hac via omnia ad Papam recurrens exprimeret debebat, quoniam causa auocatio valde praedicialis est, quam Papam voluisse facere non praesumitur, etiam si causa per solam citationem coepa esse. Rescriptum causa auocatorium surreptitum ipso iure non valet. licet citatio circumducta non reproducta litis pendencia non inducat, tamen iudici, qui citationem decreuit, inuito aduersario renunciari non potest.

Lite pendente. *Ex decisione Rotae Marebit 205. Stephani Crastiani.*

Rescriptum intelligitur proat de iure. Cap. XV.

Cum pars aliquid fieri in commissione petierit, & signatura respondeat, quod Auditor procedat, ut petitur, hoc rescriptum quareos de iure intelligitur, propter clausulam quam subiungit, & iustitiam faciat. Cum

1. Cum pars. Ex decisione Rota Romana 1. de rescriptis. Marcelli Crescentij.

Decodem. Cap. XVI.

Appellans intra quindecim dies appellationem non introduxerat, existens intra trimesse cau sam committeri peti, lapsi temporis ad introducendum non obstante, cumque signatura dixerit, audia talis, & iustitia faciat, aduersus non introduccionem commissa restitutio non dicitur, quoniam ex verbis rescripti, nulla super incuria desertione, dispensatio colligitur, nec dicitur concessum vt petitur, sed reducit causam ad terminos iuris.

Appellans. Ex decisione Rota Annoniensis 61. Hieronymi Laurentij.

Rescriptum ex quibus non indicatur surreptitium. Cap. XVII.

Tria pro rescripti surreptione opponerentur, quae nullatenus obstat visum est. Nam quod fuerit narratum licet super bonorum restitutione pendere, & tamen super iure directo agebatur, responsum est, quod quamuis esset directio super hereditate, tamen in consequentiam illa veniebant, ite quia tota series litis narrata fuerat, ex qua apparebat ad restitutionem actum non esse, alioquin rescripto opus non esset. Item quod vocauerat se fratrem, & attinentem cum non esset, sed certe si frater fuisset, lis non accidisset, nomen fratris beneuolentiae potius testimonio a positum censetur, praesertim cum adiungatur, & attinentem, quod necessarium erat, si frater existisset, propterea Principem ex ea causa non moueri ad concedendum, sed ex alijs narratis. Item quod causa conclusionis mentio facta non fuerit. Sed cum in iudex terminum in interlocutoria resoluisset, atque a vltiora procedi mandasset, ipsa conclusio reuocata dicitur. Cum post reuocationem iura producantur, res dispensatione non indiguit.

Tra. Ex decisione Rota Romana 468. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoni.

Surreptio minima in beneficialibus vitiat. Cap. XVIII.

Simplicitas in beneficialibus a surreptione non excuset, & quaelibet vel minima surreptio ipso iure in totum vitiat, quamobrem cum in prouisione Apostolica prouideri mandatur de loco, & canonicali portione cum domo, & orto, & expressum non fuerit, quod domus collatio pleno iure ad Decanum pertinet in totum vitiani visum est.

Simplicitas. Ex decisione Parlamenti Delphinalis 1262. parte 1. Francisci Marci.

Rescriptum non vitiat, si mentio processus nulli facta non fuerit. Cap. XIX.

Vbi processus nullus declaratus est, rescriptum non vitiat, si lita pendente mentio non facta fuerit.

Vbi processus. Ex decisione Consilij Neapolitani 366. Matthij de Assilijs, & decisione Rotae Romanae 644. parte 3. in Nouissimis Seraphini.

Rescripta licita nulla sunt, si opponatur. Cap. XX.

Rescriptum ab appellato in impetratis prouenendo appellatorem non est ipso iure nullum, sed ope exceptionis. Rescripta ad lites ita demum nulla existunt, si opponatur.

Rescriptum ab appellato. Ex decisione Rota Romanae 4. de rescriptis Marcelli Crescentij.

Cap. XXI.

SI nomen illius, contra quem rescriptum impetratum est, in ipso expressum fuerit, illo siue ante, siue post citationem morante, rescriptum non fitur.

Si nomen. Ex decisione 266. Cappella Tholosana. Joannis Cosery.

RES IUDICATA.

Sententia super desertione non facit conformitatem cum prima. Cap. I.

Vbi diffinitua praecedit, & sequitur super desertione sententia, diffinitua quoque dici videbitur, ita vt duae conformes secundum Rota sit lum rem iudicatis faciant. Sed contrarium videtur esse, quoniam super desertione lata, interlocutione dicenda est, quae causam principalem non dimittit, quare ad interlocutoria ista appellationem permittenda est, conclusum est.

Vbi diffinitua. Ex decisione Rota Annoniensis 3. Hieronymi Laurentij.

Res iudicata dicitur, si pro Apostolis in tempore reditum non sit. Cap. II.

Cum appellatio die non lulij interposita fuerit, & terminus iuris, ac interim quicumque datus esset, appellans autem die decima Augusti redierit, post terminum triginta dierum rediisse dicitur, Ideo sententia in rem iudicata transiitum scilicet conclusum est, ob impedimentum autem infirmum in tempore superueniens non excusari placuit.

Cum appellatio. Ex decisione Rota Romanae 144. parte 2. in Nouissimis Cantucci.

Cap. III.

Item per lapsum fatalium sententia in rem iudicatum transit.

Item per lapsum. Ex decisione eiusdem 807. parte 1. in Nouissimis Seraphini.

Res iudicata non est, si a sententia appellatum est, Cap. IIII.

Sententia a qua appellatum est, rei iudicatae vim nondum habet, quia per appellationem suspensa est, ergo frustra opponitur contra petentem abolitionem ad cautelam, quae talis non est, manifeste offendere non dicitur, qui sententiae non parat, a qua appellauit.

Sententia a qua. Ex decisione eiusdem 685. Agidi Zellmerg.

Res iudicata dicitur in eo, in quo sententiae conformes sunt. Cap. V.

Cum sententia circa ipsum principalem contentent, de legitimatione constare, & scripturam, siue imbreuiatam in publicum, & authenticum instrumentum redigendum esse, iuxta istum notarium, situs colorum dies dicitur, vt in eorum iudicatis faciant, in quo conformes existunt. Quod autem circa locum declaratur hinc etiam facit prima, postquam id committitur propter solitum notarij in secunda: tertia autem, & prima ad statum referuntur, quod cum disponatur, ad istum notarium, ideo pendente est, ac si in sententia dicitur esset, cum relatum referenti cum canonicis, non tamen in istis. Satis igitur consensus fuit, licet altera minus delectaret, nec declaratio ab eadem non inducere debet.

Cum sententia. Ex decisione Rota Bononiensis 8. Caroli Barzj.

Co. Res.

Res iudicata erronea retractanda. Cap. VI.

Sententia contra ius litigatoris, quæ in rem transfertur iudicatum, si erronea est, & æquitas suadet, retractanda est, & ita Iulius Curia Parliamenti obieuit.

Sententia contra. *Ex decisione Gratianopolitana 169. Guidonis Papp.*

Res iudicata quando retractatur propter instrumenta nouiter reperia. Cap. VII.

Sub prætextu instrumenti de nouo reperi res iudicatæ regulariter non retractatur, Secus est in causâ Ecclesiæ, Republicæ, & pupilli, vel etiam in causâ priuati, quando actor in dolo exitit, quia instrumenti scientiam habebat, quoniam tunc saltem ex clausula generali subueniendum est, Si satisfactum non fuerit, etiam via exceptionis succurrendum est, quia cum datur actio, multo magis exceptio. Aliquando litigantis cautela ubi consueuerunt, protestando ante sententiam, quod instrumenti producendi facultatem non habent.

Sub prætextu. *Ex decisione Parliamenti Delphinalis, 312. parte 2. Francisci Marci & decisione Senatus Burdigalensis 307. Nicolai Boerij.*

Rei iudicata; quando censetur renunciatum. Cap. VIII.

Si post rem iudicatam iura producta sunt, dati articuli, & omnia alia facta, illi renunciatum censetur, quoniam appellare opus erat, illa protestatio, generalia contra non sufficit.

Si post. *Ex decisione Rotæ Romanæ 114. parte 3. libro 3. in Nouissimis Fabij.*

De eodem. Cap. IX.

Cum Comes testes examinari passus fuerit, ex quibus de sententiæ iniustitia apparebat, rei iudicata renunciasse videtur. Alioquin Princeps per suum rescriptum eandem reuocare potuisset. Etiam si de re iudicata protestatus fuisset, nihilominus ab illa recessum fuisse conclusum est.

Cum Comes. *Ex decisione eiusdem 202. parte 2. Iacobi Putei.*

Res iudicata non nocet tertio possessori ante sententias. Cap. X.

Petrus contra Marcum tres sententias super beneficiis, in petitorio, & possessorio obtinuit, quas cum exequeretur, Antonium intrusum reperit, contra quem intrusionem iure pendente, & post tres lras factam, Pape narrando, commissione super executione obtinuit, perinde ac si contra Antonium late essent, Hæc autem in altera commissione Pape narrauit, se ante dictas sententias possedisse, ita utique de iure suo docere possedicio audiri obtinuit. Propterea dubitatum est, ad quem pertineat onus probandi, quando possidere iucuperit, & Petri onus esse videbatur, quia sententia inter Petrum & Marcum Antonio præiudicium facere non debet, cum diuersæ personæ existant, atque ex diuersa iure se fundent, nec vnus ab alio causam habeat, aut alterum prohibere possit.

Petrus. *Et decisione Rotæ Romanæ 14. De probationibus in Reuis. & decisione eiusdem 709. Agidij Bellmerij.*

Res iudicata excusata, an nocet tertii scienti habentis idem ius. Cap. XI.

Ad fauorem Iohannis sententia super restitutione possessionis Caltri contra sicum lata, Honorati

condominus, qui sententiæ scientiam habuit, executionem faciendam impedire non potest, sed agere, vel excipere non impeditur, imò Honorato proficua esse debet, quoniam ex eadem spoliij causâ ueniebat, & alter ex spoliatis extiterat. Sententia lata inter duos in possessionem nocet tertio non possidenti, causam agitari scienti, ut ipse pati debeat, executionem contra illum fieri, contra quem sententia lata est.

Ad fauorem. *Ex decisione eiusdem 155. parte 2. Iacobi Putei.*

Due sententiæ in liquidationibus faciunt rem iudicatam. Cap. XII.

In materia liquidationis, due sententiæ rem iudicatam constituunt, Nullitas autem alterius ex defectu mandati, quando cumque per productionem sanati potuit, & cum in pupillorum re uerfuerit, protestatione non obstante, sufficit: Nam aduersus procuratoris negligentiã, ad sententias, validandas restituntur.

In materia. *Ex decisione eiusdem 79. parte 4. in Nouissimis Pamphili.*

RESPONSIO.

Reus, & Actor, quibus respondere debeant. Cap. I.

Reus à Curia recessurus interrogandus ab actoris, negocium principale tangentibus respondere non tenetur, nec è contra, Nisi positus, & per modum positionum articuli dati fuerint: At si spon te uult, mos ei gerendus est, eidemq; confessio præiudicium parare potest.

Reus à. *Ex decisione Rotæ Romanæ 17. De testibus in Antiquis. & decis. 3. De sequestratione possessionis, & fructuum in Nouis.*

Cap. II.

Vbi de calumnia iuratum non est, aduersarius respondere non cogitur.

Vbi de calumnia. *Ex decisione Consilij Neapolitani, 207. Antonij Cappij.*

Responsiones an faciendæ sint cum presentia procuratoris. Cap. III.

Procuratore, vel Aduocato presente, positionibus respondendum non est, Nisi iustitias, vel idiota fuerit, quibus permittitur, Idem in muliere dicendum est, quæ & in multis illi æquiparatur, & ita quitas suadere videtur, sed totum iudicis arbitrio relinquendum est: Nam positiones impertinentes reijciendæ sunt, Quæ autem factum proprium de recenti concernunt, si non iure sagax est, ipsa respondere debet: Si uero positiones inuolutæ sunt, factumq; antiquum concernant, aut iuris positionibus admixtæ, cum procuratoris, vel aduocati presentia respondere, permittendum est.

Procuratore. *Ex decisione Rotæ Pensis 81. Iosephi Ludouici, & decis. Rotæ Armentionensis. 79. Hieronymi Laurentij.*

Positionibus etiam impertinentibus respondendum esse. Cap. IV.

Style autem Sacri Palatii semper per partes positionibus, siue pertinentibus, siue impertinentibus respondendum est, & hoc causâ litem decurtandi. Quando autem positiones negatæ per articulos dantur, vel ipsi articuli producuntur, tunc vtrum boni, vel in materia, ac forma pertinentes sint, inspicitur.

Stylo autem. *Ex decisione Rotæ Romanæ 24. De testibus in Antiquis.*

Re-

Renunciatis liti, & causæ an teneatur positionibus respondere. Cap. V.

SI in aliqua causa spiritali, vel prophana termini fuerint, vsque ad conclusionem, & actor reum positionibus respondere peccat, licet in iudicio, liti, & causæ renunciaverit, ex iusta, & rationabili causa Rota ad respondendum cogit.

Si in aliqua. *Ex decisione eiusdem 40. de testibus in Antiquis.*

Cap. VI.

Etiam positioni obiectæ respondendum est.

Etiam. *Ex decisione eiusdem 43. de testibus in Antiquis.*

Respondere an quis iterum debeat.

Cap. VII.

Cum principalis semel in causa respondit, iterum si iudicium videbitur respondere compellendum est, quoniam hodie credit vnum, cras aliud, licet propter dubitationem peritiorum contrarium videbatur. Sed hoc in facto alieno locum habere in Senatu declaratum est.

Cap. principalis. *Ex decisione eiusdem 1. de confessis in Antiquis. & decisione Senatus Mantuanæ 17. 16. Petri Burdi.*

Positionibus criminosis an respondendum sit.

Cap. VIII.

Sæpe dubitatum est, vtrum positionibus criminosis, quis respondere teneatur, & crebrius obtinuit, neminem ad hoc teneri, quia propria turpitudine detegeret, necno seipsum prolece debet.

Sæpe. *Ex decisione Camera Imperialis 92. parte 6. Iohannis Misfery.*

De eodem. Cap. IX.

Super crimine opposito in modum obiectus ad eum à beneficio recedendum positioni, vel interrogatio respondere non tenetur. At si dicatur confessus, convictus, vel condemnatus de crimine positioni, vel interrogatio respondere tenetur.

Super crimine. *Ex decisione Rote Romanæ 274. Eglij Bellamera.*

Positionibus quibus respondendum non est.

Cap. X.

Næque criminosis, neque illis per quas incideret in periculum respondere debere visum est, nimirum si ipse contrarias materias articulavit, & iureiurando dedit. Quid si ex alio periculum detectum esset, tunc positiones essent superflue, ergo admittende non sunt. Neque negatiuis, neque petitiuis, aut similibus, sed cæteris omnibus respondendum esse visum est.

Neque criminosis. *Ex decisione eiusdem 749. parte 3. libro 3. in questionibus Talcoi.*

Excommunicatis super quo respondere non tenetur. Cap. XI.

Vbi aliquis excommunicatus est, & convenitur super eo, pro quo census affectus est, antequam abfolvatur, respondere non tenetur, dummodo ostendat, quod iniuste excommunicatus fuerit.

Vbi aliquis. *Ex decisione eiusdem 14. de sententia excommunicat. in Antiquis. & decisione Cappella Theolofane 69. Joannis Corferij.*

Responsio in criminalibus quando facienda.

Cap. XII.

Reus simpliciter ad interrogata respondere debet, si modificatiue dicit, respectu dicit non videtur. Super inquisitione ad omnia capitula certè & clarè respondendum est, si obscurè faceret, pro confesso haberi posset.

Reus simpliciter. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 692. parte 1. Francisci Marci.*

Positionibus non benè specificatis an respondendum sit.

Cap. XIII.

Sive in causa spiritali, siue prophana articuli aut obiectiui, aut non obiectiui non tamen benè specificati ab aliqua partium producuntur, aut dispositiue dati non fuerint, prout faciendum est, in electione petiti est, an respondere velit, sed donec specificentur, & dispositiue dentur, compelli non potest.

Sive in causa. *Ex decisione Rotæ Romanæ 29. de testibus in Antiquis. & decisione Parlamenti Delphinalis 720. parte 1. Francisci Marci.*

Positionibus super petitorio suspensio respondendum non est.

Cap. XIV.

Super causa petitorium, & possessorium concernente, ubi positiones, & articuli ab aliqua partium dati fuerint, super quibus per alteram respondentium petitorium fuerit, si antequam responderetur, petitorium suspendatur positionibus tantum possessorium concernentibus respondendum est, & ita sacrum Palatium obseruet.

Super causa. *Ex decisione Rotæ Romanæ 41. de testibus in Antiquis.*

Positionibus ad causam non facientibus respondendum non est.

Cap. XV.

Positionibus ad causam minimè facientibus respondendum non est, agebat enim Comes contra Archiepiscopum, vt sibi de fructibus responderet, quos ab Archiepiscopis teratulo Clusino perceperat, positio autem his verbis concepta erat, an Archiepiscopus simulatiè, & nudo nomine, sine aliquo commodo, & onere Archiepiscopis teratulo obtinuerit, atque detineat, itaque ad causam non facit, quia dispositiue concepta non erat. Item captiosa extiterat, quoniam siue ex affirmatiua, siue negatiua responsione præiudicium suam pararet, si quid in illam fateretur, turpitudinem suam detegeret, si negaret, peritius existeret, quo casu nemo ad respondendum cogendus est. Item criminosis respondendum non est, sed ex responsione de confidentia, & sic de simonia delicto apparet.

Positionibus. *Ex decisione eiusdem 327. parte 2. Pauli Emilij Peralli.*

Positioni continentis excommunicationem vtrum respondendum sit.

Cap. XVI.

Si contra procuratorem causam prosequerem, qui commissionem absque nomine impetravit, & tempore impetrationis excommunicatus extiterat, ita vt commissionem non valere inferatur, vtrum super articulis de ista materia datis illi respondere teneatur, Alijs affirmatiua opinio verior videbatur, quoniam licet tendant ad obiectus, non tamen ad crimen super iuris excommunicatione respondere non debet, quoniam ad crimen tendit, sed ab homine propter enormitatem censuræ inferuntur, quæ crimen non est. Sed contrarium resolutum est, quoniam licet ad obiectus tendant, & procurator impetrans excommunicatus extiterat, tamen pro domino rescriptum validum est, si impetratio, contra procuratorem excommunicatum opposita non fuit.

Si con-

303
 De off. tra. Ex decisione eiusdem 9. De rescriptis in An-
 quioribus.

Cap. XVII.

Qui alieni probabilis est ignorantia, ideo ubi illud
 ignorat, Positio negari potest.
 Alii alieni. Ex decisione Camera Imperialis 34 parte 5.
 Ioachimi Nifengerii.

Responsio an danda fit positioni contrariæ alterius
 partis. Cap. XVIII.

Positioni captiose respondendum non est, nimitum
 respondendo, vel primæ responsioni contrariæ
 ubi præiudicium faceret, ita est, si negat trans-
 portum periturum incurrit, si verò fatetur, libi om-
 nino iudicet. Inramentum subire iussu recusat, qui
 non metuere dubitat, cum igitur inramento po-
 sitio eodiam esse fidam sine manifesto perituro
 non d. cere non potest. Vbi alterius positio al-
 teri positioni contradicit, neuter respondere cogitur,
 & in contrarietatem, & quia ponendo contrarium,
 & in contrarietate interrogacione respondisse videtur. Quam-
 vis si in foro an de falso argui non possit, quan-
 tum ad iustitiam positionem impugnavit, eamque nega-
 tum non fore poli, & quò ad Deum periturus effici-
 endum. Propterea ita Senatus iudicauit.

Positioni captiose. Ex decisione Senatus Mantuani 196.
 Petri Sardi.

Positionibus, an per procuratorem litis responderi pos-
 sit, statuè decreto super responsione ipsius
 principalis. Cap. XIX.

Cum principalis melius de causâ propria instructus
 esse censetur, ideo ipse respondere cogitur, & ita
 in hac patria solet continuo prædicari per Decreta. Ema-
 natis, quorum illa est vis, & efficacia, vt dum propria
 principalis personam requiritur, nec etiam per speciale
 mandatum, illis iustificari dicatur, & ideo iudicatum est
 procuratorem speciale mandatum haberem, in ani-
 mam sui principalis, neque respondere, neque iurare
 posse. Si Dominus à loco iudicij ita abiens sit, vt de fa-
 cipi ipse, vel eius iudicica responsio haberi possit, res in
 aperto est, decretorum dispositionem, & formam ser-
 uandam esse. Si verò longinquus ultra mare, aut forte
 ubi sit ignoratur, procuratorem tanquam dominus litis,
 & de causâ instructus, quem ad hunc actum Curato-
 rem absentis deputamus, positionibus ad aduer-
 sario productis, respondere debere Senatus iudicauit,
 cum Dominus causæ principalis commodè haberi nã
 possit.

Cum principalis. Ex decisione Senatus Pedemontani.
 Antonii Thestauri.

Responsio potest dari per procuratorem cum speciali
 mandato. Cap. XX.

Sed de iurè communi procurator speciale mādatum
 habens, & in principalis animam iurare potest, &
 positionibus respondere, si super illis particulariter in-
 structus fuerit.

Sed de iurè. Ex decisione Parlamenti Delphinalis 441.
 per. s. Francessi Marci.

Positionibus respondendum non est, nisi certa decreti
 iorma scribetur. Cap. XXI.

Decreto speciali cautum est, partes positiones pro-
 ducendas personaliter iurare debere, ideo si à pro-
 curatore cum speciali mandato fiat, illi legi non iustit,
 quod enim statutum personaliter fieri mādatur, per sub-

stitutum adimpleri non potest. At si is qui positiones
 producere vult à iudicij loco abiens fuerit, eodem de-
 creto prouidetur, vt eius procurator hoc iudicij propo-
 nat, terminumque preat ad præsentandum principale,
 aut alicui communi iurario, siue loci iudicij communiti iustit,
 ubi ille principalis inhabitat, vt eorum eo positiones cũ
 iuramento personaliter præstito præsentet, & tunc aut
 iudex terminum statuat, vel alteri committat, vt coram
 eo iuretur. Nisi hæc obtemperauerint aduerfarius co-
 gi non potest ad respondendum positionibus sub hæc
 forma non productis.

Decreto. Ex decisione Senatus Pedemontani. 113. Olla-
 niam Caccherani.

Procurator tenetur præsentare principale, vt positio-
 nibus respondeat. Cap. XXII.

Procurator suis in pēis principali notificare debet,
 vt ad respondendum veniat: Nam cum ipse magis
 de veritate informatus sit, & in iudicio personaliter in
 hoc esse debeat, altera partium requirens contra abien-
 tem grauanda non est.

Procurator suis. Ex decisione Rota Bononiensis. 24. Pe-
 tri Bononensis.

Nemo ad respondendum pro altero admittitur,
 etiã nisi conuenctus, tutor, vel curator.

Cap. XXIII.

Neque conuencti, neque procurator, sine speciali
 mandato positionibus respondere debent, & si
 infans existeret, neque eius tutor respondere cogendus
 est. Idem in furiosis, quia neque eorum curatores iocetur.
 Adultis verò per semetipfos cum curatorum præ-
 sentia respondere permittitur, subministrare autem ver-
 ba non debent, quoniam minorum conscientie re-
 lictum est.

Neque conuencti. Ex decisione Rota Lucensis 41. In-
 sephi Ludouici.

Responsio nego, nisi probetur, quem effectum habeat.
 Cap. XXIV.

Ille responsio nego, nisi probetur, admittenda nã est,
 sed valde respondentis præiudicat, quia si actor deinde
 probat, erit geminata probatio, videlicet per testes,
 & per confessionem, & si contra respondentem sententiam
 ferri contingeret, appellare prohibetur, quoniam
 confessus non prouocat. Sed an idem sit si contra con-
 tumacem?

Ille responsio. Ex decisione Camera Imperialis 50. par-
 te 4. Ioachimi Nifengerii.

Responsio quibus verbis facta valet, vel no. Cap. XXV.

Ille autem, Nego vt ponitur, ideo in Camera nã ad-
 mittitur, quia incerta est. Iudex in ea re circumspic-
 ctus esse debet, ne pars præiudiciali aliqua responsione
 grauetur, ideo positiones multiplices, generales, negati-
 uæ, obfcuræ, dubiæ, impossibiles, captiose, & crimina-
 les admittenda non sunt; Sola positio iuris in Camera
 responsione non indiget, quia ius certum est. Nisi si per
 consuetudine fiat, que in factum consistit. Si positio plu-
 ra capitula contineret, distincta responsio admittitur,
 & ita partium confiteri, & partium negari potest. Illam
 responsionem sufficientem esse, receptum est, credo
 prout in tali instrumento continetur, quando positio
 instrumenti mentionem facit, aliàs secus, & affirmati-
 ua, vel negatiua esse debet, iuxta instrumenti tenorem,
 ad quod sit relatio. Sed illa responsio reprobatæ est. Non
 credo, nisi instrumentum appareat, quia aduerfarius
 ab onere probandi non releuatur.

Ille

illa autem. *Ex decisione eiusdem 82. parte 1. Andrea Gaili. & decisione Rota Spirensis 3. parte 4. Gasparis Guglielmi.*

Responsiones relativiæ an valeant,
Cap. XXVI.

Ivis est, & ordinatio, quod positionibus median-
te iuramento pro uerbum positio, vel non credit, re-
sponderi debeat. At si aliquod instrumentum, aut do-
cumentum in positione deducatur, & responsio dicat,
pro ut in instrumento super hoc confecto continetur,
aut quid simile, perinde habeatur, ac si nominatim id ex-
pressisset, quod in eo continetur.

Iuris est. *Ex decisione eiusdem 85. parte 1. Ioachimi Mi-
syngeri, & decisione Gratiopolitana 335. Gniduius Tappi,
& decisione Rota Perusina. 8. Iosephi Ludouici, & decisio-
ne Rota Romana 846. parte 4. in Nouissimis Corduba,*

Cap. XXVII.

PE: ista verba, Doce legitime, aliis non credit, ut po-
nitur, congruam responsionem esse datam, resolu-
tum est.

Per ista, *Ex decisione Rotæ Romanae 509. parte 3. libr. 3.
in Nouissimis Paleoci,*

Cap. XXVIII.

Post restitutionem factam, credens se esse fideicom-
missarium pro ut in testamento, non bene respon-
dit, quia hæres est, & ita possidet, ergo ita responderi
opus est.

Post restitutionem, *Ex decisione Rotæ Lucentis 40. Io-
sephi Ludouici,*

Cap. XXIX.

Quando quis interrogatur, vt facta pluribus quali-
taribus circumscripto respondeat, affirmando v-
na, et illis, & alias non negando, omnes alias
a sententia communiter receptum est. Hanc sententiam
in simplici responsione procedere conclusum est: Cæte-
ram si responsio cum vna qualitate facta fuerit, illam af-
firmando cæteras negasse dicitur.

Quando quis. *Ex decisione Rotæ Romanae 312. parte,
2. Iacobi Petri,*

Cap. XXX.

Si centum petita fuerint, & reus cum iuramento ne-
gauerit, sed quinquaginta deberi probatum est, sen-
tentia super his lata, reus periturus existit, etiam si non
nisi vnus denarius deberetur.

Si centum. *Ex decisione Cappellæ Tholosanae 209. Ioan-
nis Corserij.*

Positioni sine tempore respondere recusans, pro
confesso habendus non est.

Cap. XXXI.

Etiam si quis positioni sine tempore respondere de-
tractet, non tamen pro confesso habendus est, vt
pore si positionem fecerit, quod deceni mihi mutuaui,
ego autem respondere nolui, pro confesso haberi non
debeo, quia sine tempore potuit, & si absque tempo-
re probares, non obtemperes.

Etiam si. *Ex decisione camera Imperialis 92. parte 1.
Ioachimi Misyngerij.*

Auentioni quando quis pro confesso habeatur,
Cap. XXXII.

Statuto Auentioni disponitur, quod si reus articulis
respondere difficit, duo curatores tradant illi iuramentum
tinentem ista, & in eius contumaciam articuli pro con-

fessis i. bentur. Duo autem cum partem etiam rem-
issent, ar. i. aliis pro ut in mandatis habeantur, non solum
fictum t. i. i. t. e. probant, quoniam illaturum hanc
formam requirit, ideo de ea ex p. c. i. f. i. m. e. n. t. i. o. in relatio-
ne facienda est, quia etiam aliis modis executio fieri
poterat.

Statuto. *Ex decisione Rotæ Aneuenensis 46. Hieronymi Laurentij.*

Confessus fidei ob responsionem non datam vt tum
appellat. Cap. XXXIII.

Licet ad mandatum iudicis respondere recusans, etiam
in vigore statuti pro confesso habeatur, atque eor-
de nari possit, tamen appellare potest, atque reuocacionem
suam iustificare, quoniam vnus contumax non est, si
citatio eum non apprehendat, & si esset talis, non tamen
in sententia audienda, quia tunc appellatio non admittitur,
sed in processu, & tunc non est iure cautum, ut ap-
pellatio denegetur. Inimmo sententia que fertur contra
contumacem habitum pro confesso, & euidet ex forma
statuti, in rem iudicatam non transit, ideo ex nouis,
& fortioribus probationibus retractari potest. Statutum
pro confesso habens positionibus non respondentem,
intelligitur, si causa qualitas pariat, alioquin ex sola
contumacia pro confesso uel negante non habetur, ne-
que condemnari potest. Item iudicis præceptum, atque
decretum requiritur, ut ita habeatur, & quod positiones
pertinentes sint, & contumacia lecta, vel edita fue-
rint. Positionibus sine tempore, etiam si quis non resp-
derit, pro confesso, aut contumace non habetur.

Licet ad mandatum. *Ex decisione Rotæ Marchia 181.
Stephani Gratiani,*

Responsio quomodo interponenda sit.

Cap. XXXIV.

Si quis pactum credat, pro ut in instrumento, in quo
nullum uerbum de pacto adfit, perinde est, ac si pa-
ctum negasset, Positio pro negata habenda est, si aliter
in instrumento continetur, Quod si ob solemnitates de-
fectum, nullum extiterit, nihil magis, quam instrumentum
præiudicat; Semper ad respondentis fauorem in-
terpretatio facienda est; Si post datum terminum, pos-
itio antea producta declarari potest, multo magis a re-
spondente responso: Sin autem interrogatio certa fuisse-
ret, tunc dubia responsio secundum illam interpretanda est.

Si quis. *Ex decisione Senatus Mantuani 291. Ioannis
Petri Surdi.*

R E S T I T U T I O.

Restitutio ad probandum de directo contraria, pertinet
ad positiones veteres, non autem nouas.

Cap. I.

Ecclēsia ad rem agebat, dato termino nihil possit
neque probuit, reus autem super articulis pro
ductis testes examinari fecit, sed facta publica-
tione, illa primum, quod in regno uocatur, beneficium
petit super nouo ponendis, in quo directo contraria par-
tis probationibus ponit, sed aduersarius alios testes su-
per eisdem articulis producere instat, cui replicatur su-
per positus eisdem restitutionis beneficio uti non pos-
sit, postquam Ecclēsia non nisi super nouo ponendis
gaudere uult, sed contrarium resolutum est, quoniam
contraria de directo ponere, non est de nouo ponere,
sed antiqua contraria. Aur igitur beneficium super pos-
sit, & de nouo ponendis recipiat, aut super de nouo
ponendis, sed de directo contraria, nouiter poni non di-
cuntur,

entur, adhuc beneficium inter partes commune sit, pro ut esse debet.

Ecclesia. Ex decisione consilij Neapolitani 89. Matthai de Affiliis.

Restitutio super quibus conceditur Ecclesie vel minori, super eisdem censetur concessa aduersario. Cap. II.

SI minor, vel Ecclesia post didicita testificata, ad promotionem nouum testium restitutus est, & maior, qui eadem testificata didicit, restitutus censetur, & ita iudicatum est: licet est, si super nouis tantum restitutio concessa est, quoniam iniquitas magna esset, si Ecclesia, que in primo termino examinavit, & forte nihil probauit, alios super eisdem examinare vellet, aduersario idem denegaretur.

Si minor. Ex decisione eiusdem 170. Antonij Cappcy.

Minor succedens maiori non restituitur post conclusionem cum illo factam. Cap. III.

POST conclusionem in causa, ubi alter ex colligatibus monitor, minores superflites per eorum tutores primum beneficium obtinere non possunt, quoniam quod d minor succedit defuncto, cui restitutio non competeat, iure suo non vitur: sed quando probationes ipse cum minore tractari inceperunt, tunc iure suo uti possit, & restitutionem obtinere, atque determinari est.

Post conclusionem. *Ex decisione eiusdem 212. Matthai de Affiliis, & decisione Regni Neapolitani 250. Francisci Piny.*

Restitutio data minori, quando trahatur ad maiores hinc confortes. Cap. IV.

IN conexis indiuiduis, quod magis prodest eligendi, ut erga restitutum onem mitti concilium etiam maioribus hinc confortibus competeat conclusum est: cum igitur inter partes heredes, tutoris assentientia, hypotece, & que ad hunc onem uentilantur maiores existant, beneficium, quod ceteris minoribus datum est, etiam maioribus competeat, quoniam uis hypotece indiuiduum est, licet ipse res hypothecata diuulue existat, quia quot sunt res obligate, tot sunt ipsemet obligationes. At si ipsi heredes bona obligata diuiserint, beneficium quoque competit minoribus, ad maiores hinc confortes non trahitur, quoniam si pro communis, & indiuisio non possident, ipsa indiuisibilitatis ratio non habet locum.

In conexis. *Ex decisione eiusdem 213. Matthai de Affiliis.*

Restitutio competit maiori heredi minoris.

Cap. V.

SED utrum maior heres minoris est illius persona ad probandum in lite ab illius curatore in cohata, admitti possit? P. inilegium etatis ad successorem non transit, sed certe causa restitutionis in integrum principali ter fauore persone minoris inducta non est, sed ipsa deceptio, & laesio principalis causa est, & propterea ad hanc redem maiorem transire conclusum est, quia ipse minor laesus fuerat.

Sed utrum. *Ex decisione eiusdem 211. Matthai de Affiliis.*

Restitutio an sit personale, vel reale beneficium.

Cap. VI.

SI ne personale, vel reale beneficium restitutio in integrum, controuersum est, aliis personale videbatur quod fideiussori minoris non competeat, aliis reale, quia ad: preces transmittitur, plerisque mixtum propter utramque rationem. Sed in Camera crebrius obtinuit

reale beneficium esse. Et si ab horum opinione discedendum, quia iuxta censentur, quia certum sit minoris personam laesam, neque alias hoc ei per restitutionem indulgendum, nisi hoc persone contemplatione faceret, quasi persona illud operetur.

Sit ne. *Ex decisione camere Imperialis 18. parte 4. 102. ubi dicitur.*

Restitutio an competit fideicommissario propter laesionem in hereditate factam.

Cap. VII.

IDEO in fideicommissarium ipsa restitutio transit, si testatori competeat quia illius heres est. Sed quid de restitutione, que ipsi heredi instituto competeat, non autem ex persona defuncti instituto competeat, trimonium consistit, restitutio non competit, quia fideicommissarium non transit, Ad si circa res fideicommissio subiectas, si nullum damnum a grauati obligatio ne contracta sentit, de restitutione agendum non est, si uero sentit, quia magis ipse ius interstitit, aduersus possessionem in integrum restituit, vel restitorem, quam regressum contra grauati heredes habere, vel reuocatoria agere, tunc restitutio in integrum ex grauati minoris persona competit, saltem ex hoc, quod respectu u testatoris, & fideicommissarii, ista hereditas dum in manibus grauati fuit, iacens quodammodo dici potest, quia grauatus fideicommissarius auctor dicitur non potest, cum non illi, sed testatori succedat, & damnum, quod hereditas iacens sentit, ipsi heredi, ope in integrum restitutionis restitui debet.

Ideo in fideicommissarium. *Ex decisione consilij cardinalis 118. Ludouici Teguerq.*

Restitutio quando competit maiori scilicet, omni tempore publicationis erat minor. Cap. VIII.

MULTIS personis, tam de iure communi, quam per Regni constitutiones in integrum restitutio competeat, Ecclesie, minoribus, mulieribus, & similibus. Sed quid si fideus, vel Ecclesia reali actione contra minore agat, qui infra tempus liti maior factus sit, an eidem restitutio ad probandum concedenda sit. Cum dolo, & actoris malitia his in longum protraxa fuerit, siue etiam ex cõ iudicis, si tpe publicationis ipse minor extiterat, et si postea factus maior sit, beneficium petere potest conclusum est. Vbi minor aduersarii adoris dolo laesus est, restitutione illi concessa auctorem gaudere non debere conclusum est, sed cessante dolo, utrique communis est.

Multis. *Ex decisione consilij Neapolitani 210. Matthai de Affiliis.*

Prelatus successor in quibus pro Ecclesia restitutur contra heredes defuncti. Cap. IX.

AD opponendum crimina contra suum aduersarium, neque minor, neque Ecclesia restituitur, Neque super exceptione dilatoria, siue declinatoria, q̄ merita causae non concernit, Sed ubi fuerit flor in Praetura contra laicos prelati defuncti heredes agit, quod furto bona mobilia Ecclesie fidei subtraxerit, & publica pro processu aduersus probationes restituitur, neque ad opponendum crimen, & defectum, neque ad lucrum in alterius iniuriam acquirendum agit, sed potius ad euitandum damnum, siue laesionem Ecclesie, iocico conclusum est, restitutionem competere.

Ad opponendum. *Ex decisione eiusdem 390. Matthai de Affiliis.*

Restitutio qualis competit minori sine causa cognitione. Cap. X.

ILLa restitutio que ad effectum rei reddenda, vel q̄ tatis extolunda: non sit, sed solum ad effectum au-

diendi aduersus confessionem erroneam, & oblationem ab eius primo auctore temerè factam, atque aduersus probationem à secundo auctore in termino sibi assignato ad docendum de lesione omisiam, vera non est, sed impropria, atque perambula ad veram restitutionem, id neque libellus, neque litis contestatio necessaria est, sed quicumque color illius petendi sufficit, & si minor infans etiam aduersus sententiam directam restitutionem petere potest, multo magis aduersus confessionem erroneam, atque probationem omisiam. Duplex remediis ab ipsa restitutione procedit, videlicet, rescindens, per quod cum aliquali lesione probatione, minor aduersus contractum, atque sententiam restituitur, per quod via aperitur, sed nihil consequitur. Alterum rescissorium, in quo facta plena probatio consequitur, quod antea amiserat. Sed quid si restitutionis appellatiuque causa, pro ut de iure cogoscenda, commutata fuerit? Cum procuratoris malitia principali imputari non debeat, id restitutum non ex gratia, sed ex iure communi competere dicitur. Præsertim si deceptus minor fuisset, qui propter quemcumque a motoris dolum restituitur. In dubio illa opinio amplectenda est, quæ restitutioni fauet.

Illæ restitutio. *Ex decisione Rota Bononiensis 107. Cap. Jaris Barzj.*

Cap. XI.

Post terminum peremptorium ad docendum de probatione datam, alia dilatio, sine restitutione non conceditur.

Post terminum. *Ex decisione Rota Romana 233. Aegij Bellamera.*

Cap. XII.

Publicatione in causa facta, minor cui competit restitutionis beneficium per extra regnum dilationem competentem petit, sed videbatur, quod non nisi primi termini medietatem habere debeat, quia ita semper ob seruatum fuit, sed certe aliud beneficium proficuum de se debet, & ita ut iudex tempus arbitretur, secundum loci distantiam, ubi testes exiunt, quoniam terminus beneficij iudicij arbitrio taxandus relinquatur, & ita conclusum est secundum loci distantiam emittendum esse.

Publicatione. *Ex decisione Consilij Neapolitani 124. Matij de Assulsi.*

Cap. XIII.

Aduersus probationes omisias minor restituitur, si prius docuerit, quæ probationes omisæ fuerint, nisi id ostenderit, concedenda non est.

Aduersus probationes. *Ex decisione Rotæ Bononiensis 87. Cysaris Barzj.*

Restitutiones si sunt dære in causa principali, non conceduntur in liquidatione. *Cap. XIV.*

Si in causa principali primum, & secundum restitutionis beneficium concessum est ad plenas probationum, lata sententia, in qua aliquod liquidatiu referuarum est, datoque in causa liquidationis termino, non licet nisi restitutions concedere: At si semel in causa principali concessum est, super liquidationis causâ iterum dari poterit: conclusio autem, & renunciatio obstat non debet, quia eo ipso quod renunciatum lesus est.

Si in causa. *Ex decisione Consilij Neapolitani 35. et 114. Matij de Assulsi.*

Minor veniens ad causam introductam, non impedit illius expeditionem. *Cap. XV.*

Leo victus ab Isabella in possessione, contra aduersariam pctorio agit, in quo iudicio Carolus subin-

trauit, atque Leonis iura infringendo, per solam supplicationem bona ad se spectare dicebat, sed iocosa Leo nis copilato, beneficium petens in illis causa iurisdictione instabat, super quo maxima diffinitione habita, ipsi beneficium denegatum est, sed ad expeditionem causæ procedendum, resolutum est: quando enim tertius ad causam per se tantum venit, iudicium inter prius, & secundum possessorem finendum est. Tanto magis quia hæc causa in Rota relata, atque introducta fuerat, iurata sententia, quæ ob viciis quæ concepta, nulla declarata fuerat, quo casu beneficium etiam per Leonis privilegii de stylo consilij denegari constituit, quoniam in relatione causarum merita panduntur, nec aliud super est, quàm sententiam dicere, Neque citatio ad sententiam, introductionem factam tollit.

Leo victus. *Ex decisione Consilij Neapolitani 261. Vincentij de Francis.*

Minor restituitur aduersus probationes omisias, etiam si iurasset procuratoris gesta rata habere. *Cap. XVI.*

Minor aduersus probationes omisias restituitur. Sed quid si gesta per procuratorem, rata habere iurasset? Certè procurator non ferit, in quo contracti est, id ex capite restitutionis supplere vult, quod omisum est, & satis inranentiam operatur, si ea quæ facta sunt, firma remaneant. Ad denegandum beneficium, non solum inranentiam, sed quod beneficium minoris ætatis, atque restitutionis in integrum renunciaisse necessarium esse videbatur. Resolutum est non obstat iuramento concedendum esse, quoniam restitutio in dubio concedenda est.

Minor aduersus. *Ex decisione eiusdem 448. Vincentij de Francis.*

Pupillus restituitur aduersus iuramentum alteri delatum. *Cap. XVII.*

Tutor in causa pupilli iuramentum obtulit, pars iuravit, sed post certos dies tutor aliquot testes reperit profundanda sua intentione, petique, illos examinari, opponitur, quod timor detegendi peritium imminabat, nec cogi posse, nisi ad sic instantiam, ceterum quo ad partem, aliquid quærendi viam præclusum esse, cum solum Deum vitorem habeat, etiam vigore decretorum, & ideo pupillum contra eum agere posse, quod in iuramenti delatione facili exiit. Sed conclusum est, quod si tutor neglignens nõ fuit, pupillus aduersus omnes probationes restitui potest, quoniam aduersus iuramentum alteri delatum, pupillus restituitur.

Tutor in causa. *Ex decisione senatus Mantnani 240. Antonij Theffauri.*

Restitutio rescindit conclusionem quoad probationes, non quo ad repulsam testium. *Cap. XVIII.*

Conclusionem in causa facta Principi minori prædicti beneficium concessum est, & ita illa quo ad hunc actum rescissa est, sed termino elapso, id est testium repulsam petit, & quia quo ad hunc actum conclusio rescissa non erat, ideo denegare vitium est, Nam si primum beneficium quod restitutio est, viam repulsæ petendæ aperiret, aduersario circa ipsum repulsam præuidendum foret, aduersus cuius omissionem beneficium non competeat, licet ergo conclusio rescindatur per probationes ex capite restitutionis faciendas, tamen effectus denegationis suspensionis resurgens ex conclusione, remanet.

Conclusionem. *Ex decisione Consilij Neapolitani, 157. Antonij Cappij.*

De eodem, & quando fallit.

Cap. XIX.

Sed si post conclusionem in termino primi beneficii vtraque pars testes examinasset, vniuersitatem, quæ minus probauit repulsam obtinere posse conclusi est, quæ ante conclusionem repulsam non petierat, sperabat enim eius testes magis releuantes esse, sed cum aduersarius alios cumuauerit, primi qui non nocebant, iuncti cum aliis nocituri sunt.

Sed si post. *Ex eadem decisione.*

Mulier ad petendum cogi potest, minor autem non potest. Cap. XX.

ET molliori restititio competit, & isti renunciare potest, & propterea si distulerit petere cogenda est, sed minor renunciare non potest expresse, ergo nec tacite. Et mulier. *Ex decisione consilij Neapolitani 110 Anthonij Casprij.*

Mulier quando restituitur aduersus omissionem inuentarij. Cap. XXI.

Mulier ex iusta causa ex clausula generali aduersus omissionem inuentarij confessionem restituitur, vel aduersus soleminitates in eo omittas, etiam si in his ignorantia læta fuerit. Propter iustam enim causam etiã super inductis ad rigorem iuris conseruandum restituitur. Iusta autem visæ sunt, quia mulier virgo erat, & semper in patrimonium posse, qui cum aliquo alioqui non permittitur, neque virginalium pudorem decebat, læ decretum, per quod hæres declarata erat, cum hac qualitate faceret, & in omnibus contradicibus, quos vi hæres fecerat, se neminem inueniendi inuentarij asseuerat, omnia patris, & procuratoris credebat, atque ita ad implendum, vt nullam facti, vel iuris difficultatem pati possent, item quia eius nomine duo inuentaria confecta erant, & diligenter perquisitione facta, omnia bona in inuentariis descripta, vel aliquod, vel minimum de fidei, inuenta in esse, ergo omnis dohis cessabat, neque lex contempta dici potest: Ex his restitutionem concedendam esse concluditur est.

Mulier ex iusta. *Ex decisionibus eiusdem 229. Vincentij de Franchis.*

Meretrix restituenda est. Cap. XXII.

Sed an meretrix restituenda sit? Nam vidua luxuriose vitæ legis privilegio non gaudet, cum hæc priuilegia ab ipsa constitutione Regni causi fragilitatis sexus mulieribus conceduntur, ipsa ratio, etiam si meretrix sit, locum habet, ex eo quod meretrix est, mulier esse non desinit, sed hoc accedens qualitati naturali cedit. Priuilegium legis iudicis, atque miserabilibus personis conceditur, sed quæ meretrix miserabilior.

Sed an meretrix. *Ex decisione eiusdem 233. Vincentij de Franchis.*

Mulier paupera restituitur aduersus lapsum fatalium. Cap. XXIII.

Sed aduersus lapsum fatalium mulier restitutionem non gaudet, quoniam non nisi iure expressis priuilegijs gaudere potest, si verò paupera est, aliter dicendum est.

Sed aduersus. *Ex decisione eiusdem 284. Vincentij de Franchis.*

Pauper quis sit, vt restitui possit.

Cap. XXIV.

Vbi agitur de paupertate simpliciter & absolute, iudicantis arbitrio relicta est, licet est, quando res per certam determinatam effectus nimirum respectu alicuius debiti exsoluendi, Ad cognoscendum quis pau-

per existat, fructus, non autem bonorum valor inspicendus est, Ideo res magni valoris uendenda est, vt credituribus satisfiat, & per residuum sibi consulatur, si in rem maioris redditus conuertatur.

Vbi agitur. *Ex decisione Rota Romana 48. parte 2. in Nouissimis Cantuæ.*

Mulier non restituitur aduersus probationes omittas. Cap. XXV.

Minor, Respublica, & Ecclesia per beneficium restitutionis in integrum admitti possunt ad producendos testes, etiam post publicationem obtentam, atque idem, vel contraria articulis alterius partis ponere. Sed hoc beneficium ad iuræ extendendum non est, cõclusum fuit, nam in his, quæ ad rigorem iuris cõseruandum inducta sunt, vt in re iudicata, iudicabitis, atque similibus, cautum non reperitur, quod mulieribus, atque rusticis incuratur, multò magis si mulier defensa est, quæ penitiores consilere ponit: vbi autem illorum copia habere non potuisset, ex clausula generalis restitutionis concedenda est. Vbi penit existunt, contra mulierem presumendum est. Etiam maior facta publicatione ex clausula generali restituitur, sed requiritur, quòd testes se habere ignorauerit, item quòd ignorantia dol, vel malitia patris aduersæ causata fuerit.

Minor. *Ex decisionibus Rota Marcbia 219. Stephani Gratiani & 78. Marci Antonij de Amatis.*

Minores restituntur, etiam aduersus omissionem allegationem suspitionis iudicis. Cap. XXVI.

In concedenda restitutione, an omissionem fuerit dilatoriam, vel peremptoriam exceptionem opponere, attendendum non est, sed an minor grauior in quacunque exceptione læsus fuerit, sed grauior lædi dicitur, si coram iudice suspecto litem habere cogitur, præsertim si per unam sententiam iudicium terminetur, quomobrem aduersus omissionem suspitionis iudicis allegationem restitui debere conclusum est, etiam si ante causæ conclusionem ortæ fuerint. Sed quid si per Regiam Pragmaticam dispositum fuerit, suspiciones ante conclusionem ortas, ne à minoribus quidem post conclusionem opponi posse, quoniam lex expresse comprehendat, tamen per restitutionem in integrum non prohibet. Hoc beneficium indubio à lege nunquam exclusum intelligitur.

In concedenda. *Ex decisione Consilij Neapolitani 431. Vincentij de Franchis.*

Restitutionem petens ad appellandum, debet docere de iure suo. Cap. XXVII.

Petenti restitutionem ad appellandum à diffinitiuâ & re iudicata, impedimenta allegare non sufficit, nisi de suo interesse, ac læsione aliquo modo doceat, quomòdum esse possit, quòd nullum ius in beneficio haberet, sed id faceret, negotium prorogandi causa, & vt fructus perciperet.

Petenti. *Ex decisione Rota Romana 5. de restitutione in integrum in Neapoli & decisione 418. Argijdi Bellameræ.*

Executor monasterij edificandi restituitur aduersus dejectionem appellationis. Cap. XXVIII.

Cum bona pædificando monasterio destinata sunt, ipsius privilegio gaudere debent, nam & partus conceptus in his, quæ eius præsertionem concernit, vt producatur in esse, iam natorum privilegio gaudet, ergo executor monasterij edificandi, appellatione propter testatoris negligentiam, decepta, restituendus est, & ita conclusum fuit.

Cum

Cum bona. *Ex decisione eiusdem 1. De testamentis in Causationibus.*

Restitutio, vt concedatur quid, & quomodo probari debeat. Cap. XXX.

Post conclusionem, attestacionemque publicationem Ecclesia, & minor ad producendos novos testes restitui possunt, sed propter timorem subornationis, aliquis causae cognitio necessaria est, nam testes meliores, quos habebat produisse praesumitur. Item laesionem probare opus est, sed quia de interesse plenus, & postea discutendum est, leuis, & summaria probatio sufficit.

Post conclusionem. *Ex decisione eiusdem 38. Aegidii Bellmeri, & decisione 9. De restitutione in integrum Achilisi de Grassi.*

Restitutio de quo tempore appellacionis intelligi debeat. Cap. XXX.

Vbi vigore commissiois Papae prout de iure ad appellacionis prosecutionem restitutus est, si Auditor tempus non decreuerit, & de certi temporis impedimento appareat, ad illud restitutus intelligitur, si vero non appareat, ad tempus datum à iure ad prosecutionem appellacionem, videlicet ad annum restitutus censetur.

Vbi vigore. *Ex decisione eiusdem 216. Aegidii Bellmeri.*

Restitutio ad prosecutionem à quo iudice danda sit. Cap. XXXI.

Si minor, vel Ecclesia appellauit, & Apostolos habuit, quos in tempore sibi assignato non praesentauit, restitutionem à iudice ad quem perire debet.

Si minor. *Ex decisioe Cappella Theolofog 393. Ioannis Cosserii, & decisioe Parliamenti Delphinatis 56. parte 2. Francisci Marci.*

Minor lesus factio tutoris restituitur, etiam si tutor solendo sit. Cap. XXXII.

Super restitutione aduersi est appellacionem à tutore non profectu etiam si ille solvendo esset, minor obnuere potest, quoniam vbi plures actiones pupillo competunt, altera per alteram non tollitur.

Super restitutione. *Ex decisioe Consilii Neapolitani 471. Vincentii de Franchis, & decisione 68. Rota Lucensis. Hieronymi Magoni.*

De eodem, & quid probandum sit. Cap. XXXIII.

Quo casu tria necessaria probanda sunt, quod minor sit, & laesus, atque dolo aduersarij, aut à sua facilitate lesio peruenit, per solam autem appellacionis desertionem probatum non dicitur. Causa super qua petitio fundatur, ostendi debet, videlicet sententiam ad sui fauorem ferri debuisse, si appellatio deserta non esset, ita laesionem probationis opus est, antequam au diatur, cum super restitutione audiat, plene docendum est. Minor aduersus minorem non restituitur, quando uterque de damno vitando tractat.

Quo casu. *Ex decisioe Rote Marchij 77. Antonij de Amatis, & decisioe Senatus Pedemontani 158. Ottavianij Cachetani, & decisioe Cappellij Tusolani 390. Ioannis Cosserii.*

Minor iurans non restituitur aduersus contractum. Cap. XXXIV.

Minor contractui non contravenire iurans, etiam non certioramus, à beneficio restitutionis excluditur, quoniam tantae est efficacia, & roboris iuramentum, vt in genere praesudat iuramentum de quoquoque

remedio, etiam implicite citasse, & haec sententia, vbi verior in Camera approbata est. Iuramentum vbi specialis conuictus habet, atque renunciationis. Item virtutem expressae, atque enixae voluntatis. Item vitandas omnes difficultates, & iustas lites, pro securitate contrahentium, omnium tantum est, vt tempore contractus minores de beneficio restitutionis in integrum praemoneant, & hoc factum esse, renunciationis in instrumento iniuri curent. Nam nisi conceptus verbus inseratur, praesumit non praesumitur, cum sollemnitas extrinseca fit, & ita contrahentibus cum minoribus securè prospectum erit.

Minor contractui. *Ex decisioe Camerij Imperialis 43. par. 2. Andree Guill.*

Beneficium restitutionis, quando non cesset per remedium ordinarium. Cap. XXXV.

Remedium rescindendae vendicionis ordinarium est, & minor etiam contrahit, sed eo non obstante in integrum restitutionem petere potest, conclusum est: nam quoad remedium extra ordinarium pinguis est, per ordinarium non aufertur, per illud reo: edium in electione reies, vel precium supplere, vel rem restituere, sed cum res per viam restitutionis petitur, praesens restituenda est. Item fructus accedunt, neque tanta lesio ultra dimidiam necessaria est, sed in tertia parte lesionem sufficere placuit.

Remedium. *Ex decisioe Consilii Neapolitani 248. Vincentii de Franchis, & decisioe Regni Lusitanij 212. Antonij Gansij.*

Minor aliquando non restituitur. Cap. XXXVI.

Verba edicti de minoribus restituendis, loquuntur, quando aliquid cum eis gestum est, loco si nihil cum eo gestum est, & minor laesus fuerit, restitutionis locus non est. Cum igitur altera sententia contra Metellum lata sit, altera contra procuratorem dominum litis effectum, nec vllam minoris mandatum in actis appareat, restitutionem esse concludum est. Tanto magis, quia ad effectum operandi contra testes restitutus non cederat, nec ad effectum, vt testes pro Mutrenis examinati contrarium deponant. Imò si testis examinatus post triduum rediens, deponat contrarium, vltimo testimonio non creditur, tum propter longum intervalum, tum quia subornatus, & a parte informatus praesumitur; imò si testis in nouis articulo falsum dixerit, parti non nocet. Quando obligatio habet originem contra maiorem, persona minoris non consideratur. Denique cum executio petita fuerit, per restitutionem impediri non debet.

Verba edicti. *Ex decisioe Rote Rymann 1. De restitutione in integrum Celsij de Grassi.*

De eodem. Cap. XXXVII.

Si minor contra commissioem Auditoris non exceptit, causam in partibus agitari, post conclusionem in causa factam, restitutionem obnuere non potest, vt ad partes causa remittatur, quoniam sua non interest, sibi plus, quam hic sententiam expectare.

Si minor. *Ex decisioe eiusdem 365. Aegidii Bellmeri.*

Prohibitum quid non censetur per viam restitutionis. Cap. XXXVIII.

Decreto consilij prouisum est, quod causa relata, atque introducta restitutio ad probandum nullatenus peti possit, sed aliquando etiam per viam restitutionis petita, concessa fuit, quoniam in non petendo laesus fuit.

Decreto. *Ex decisioe Consilii Neapolitani 15. Ioannis Thome Minadoli.*

Mulier 1.

Mulier non restituitur ad probandum super declinatoria fori. Cap. XXXIX.

Super causa remissionis clerici, videtur restitutionem ad probandum minime competere, visum est, Nam si ad e. sus declinatoriam fori omnimodam non restituitur, aucto minus quando opposita est, & non probata. Etiam si circa probationes mulier super declinatoria laesa esset, non restituitur. Non enim de suo laeditur, neque lucrum amittit, cuius occasione restitutor conceditur, Nec aliquid interest, an coram altero iudice litem habeat.

Super causa. Ex decisione eiusdem. 439. Vincentii de Franchis.

Minor haeres aduersus caducitatem restituitur.

Cap. XL.

Propter censum non solum, emphyteusis redit ad Dominum, sed minor, etiam ex contractu paterno aduersus morem per ipsum contractam propter iustam ignoranciam restituitur, propter quam etiam maiores ex clausula generali restitui consueverunt. Non enim poterat contentus, & minor de debito diuinae. Cum caducitas in eius odium introducta sit, qui debito tempore non soluit, eum adficere posse non videtur, qui se ad solvendum teneri ignorabit, etiam vassillus ignoas excusatur, si inuestituram infra tempus debitum non petierit. In materia pœnali, nunquam cessatum dicitur, nisi culpabiliter cessetur, & ita pro minore iudicatum est.

Propter censum. Ex decisione eiusdem 52. Thomae Grammatici.

Hospitale Ecclesiasticum restituitur aduersus additionem hereditatis. Cap. XLI.

Cum Hospitale Episcopi auctoritate fundatum sit, in quo publice missae celebrantur, & Campanile habeat, cum Campanis ad celebrationem diuinorum, populique conuocationem pulsari solent, ideo Ecclesiasticum dici debet, tametsi officii Charitatis languentis que cum, ac expositorum per deputatos partim laicos, & partim Ecclesiasticos exerceatur. Quamobrem aduersus aditam per ipsum hereditatem restituendum est se, visum est. Nam Ecclesia, & quacumque pia causa ita restitui consuevit. Eo ipso quod minor hereditate adiut, laesus praesumitur. Item quia multis litibus, per multa lustra hospitale vexatum est, ideo per aditionem laesus dicitur, Imò timor futurae vexationis, iusta restitutionis causa al. quando esse potest, etiam si contra ad ministratores agere possent, nõ tamen restitutionem perere posse impeditur.

Cum hospitale. Ex decisione Collegii Pisani 169. Doctoris Martij.

Hospitale an restituitur aduersus repudiationem hereditatis. Cap. XLII.

Sed quid si videns damnosam hereditatem repudiauerit, postea verò lucrola appareat, vtrum aduersus repudiationem restitui possit? conclusum est, non posse. Nam ad lucrum renunciationis legari superuenientis o. diuinas actiones exercere potest. Non reperitur iure expressum, quod Ecclesia huiusmodi loca habeatur, ergo beneficio legis aduersus repudiationem hereditatis gaudere non debet.

Sed quid si videns. Ex decisione consilij Neapolitani, 282. Vincentii de Franchis.

Restitutor quando concedatur in causa possessorii.

Cap. XLIII.

In causa possessorij appellatio denegatur, Restitutor autem in integrum ita denuo perimitur, si ex ali

quibus probari possit, quod per possessorium enormis simum damnum in inferatur, Vbi igitur de modico praedicio agitur, si casus est. Neque minori, neque vniuersi tati, quae illius iure vititur, restitutor concedenda est, si ius in meritis causae non laedit, aut enormis laesio non existat. In possessorio summatimmo, & extraordinario, restitutor in integrum denegatur, Modicum praediciu est, quando se. nota in via iuris non parat, sed in via facti, ne in audita parte de facto procedatur.

In causa possessorii. Ex decisione Regu Sielii 134. Gregorij Mastrelli.

Mulier, & Rusticus in quibus restitutor.

Cap. XLIV.

Mulier, & rustico non succeduntur, nisi in casibus à iure expressis, sed in his, quae formam actus concernunt, atque ad negotium, utis seruandum in introducta sunt, prout res iudicat. Existit, & similia de successu cautum non est. Cum igitur pronuntiatum, attendit decretorum dominicalium id est, formam actus, iurisque rigorem respicit, neque specialiter mulier, atque rustico succeduntur, & reperitur, ergo restituendi non sunt. Quando rusticus praetoribus consulere non potuit, tunc ex iusta causa succeduntur.

Mulier. Ex decisione Senatus, Pedemontani 87. Officium Saccherani.

De eodem. Cap. XLV.

Item ratione paupertatis mulier, & rustico succedendum est, praesertim si peritos consulere nequeunt.

Item ratione. Ex decisione Parlamenti Delpbindis, 291. parte 1. Francisci Marci.

Cap. XLVI.

Impedimentum legis impedit praescriptionem, saltem iusta causa est, quae mulier, vel rusticus aduersus omnia inuentarii conscriptionem restitui possunt.

Impedimentum. Ex decisione eiusdem 82. parte 2. Francisci Marci.

Pauper an & quando restitutor aduersus inuentarii conscriptionem. Cap. XLVII.

Quanuis simplicitas, & imperitia admodum legis amica circumferatur, quibus in praediciis subueniendum est, Item paupertas quam nis sit odibile bonum, & multis praerogatiis repleta sit, ita ut ambo ad inuentarii conscriptionem excusentur, atque in integrum restitutionem garidere debeant. Tamen cum principaliter petita fuerit, actor interesse, & factum probare debebat, atque solvere datioris statutum cum decreto irritum, cui per partes renunciat non poterat, quia publicum commodum respicit. Ab inuentarii conscriptione nullus, enim mixtae sanctitatis eximitur, illudque non confectum, in iure errare est, quae ignorantia neminem excusat. Is qui non confectio adit, bona occultate praesumitur, Itaque restitutor concedenda non est, praesertim in illorum praedicio, quibus quae sum est. Paupertas tunc demum excusat, si de hereditate exigui patrimonij agatur, quomodo autem grauiores vtrumque iudicij in pensis soluitur, ergo aduocatos saltem consulere poterat.

Quamuis simplicitas. Ex decisione Rotae Lucensis 40. Hieronymi Magonij.

Restitutor concessa renunciat non potest in praedicio partis etiam re integra. Cap. XLVIII.

Restitutoris beneficium etiam litis consorti commone fit, & ita sepe iudicatum est. Itaq; ab altera partium

partium absque facto suo nullatenus tolli posse videbatur. Sed quid si hospitali ratione lites concessum fuerit, quam Catharina cum eo habebat, & re integra anteq̄ lites cōforti intimatum fuerit, ipsa atrox lites renunciatissimam accessorium lites conortis cessare videbatur. Contrarium tamen resolutum est, quod siue res sit integra: siue non, siue beneficio contra petentem, vel contra alium vbi vellet, in præiudicium a alterius partis renitenti non posse.

Restitutio. Ex decisione Consilij Neapolitani. 269. Vincentij de Francis.

Cap. XLIX.

Vbi de bono iure ex nouiter deductis constat, restitutio in integrum etiam aduersus rem iudicatam concedenda est.

Vbi de bono. Ex decisione Rotæ Romane 94. parte 3. Pauli Amilij Veralli.

Præsumptus continax quando potest audiri appellans, non restituitur. Cap. L.

Si contra absentem, & indefensum, ac præsumptiue cōtinnacem sententia feratur, & ab ea infra decendit non appelletur, à tempore quo finit eam latam computandum, infra illud idem tempus restitutionem in integrum ad appellandum petere non potest, quoniam remedium ordinarium superest.

Si contra absentem. Ex decisione eiusdem 34. de appellatombus in Nouis.

Restitutio aduersus tres sententias quando concedenda. Cap. LI.

Nisi prius Auditori confiterit de iniustitia triū sententiarum, vel alterius earundem, restitutio contra eas danda non est, alia latio non censetur. Imò ante quã audiamur hoc iudicium intèrre volens, summarie ipsam de noua causa dicere oportet, propter quam latio verisimilis appareat.

Nisi prius. Ex decisione eiusdem 1. de restitutione in integrum in Nouis, & decisione Rotæ Bononensis 85. Petri de Nutendi.

Restitutio quando impedit executionem reiuudicatæ. Cap. LII.

Sæpe sæpius in Rota resolutum est, executionẽ per restitutionem aduersus tres sententias non impediri, quoniam si Clementina dispositio rolit beneficium nullitatis, quod de iure cõi existit, nullo foras beneficium restitutionis, quod extra ordinariũ est, ne tot sententia cum tanto dispendio, labore, ac tempore habeat ludibrio existant. Aliquando verò contrariũ, q̄si iuxta casũ varietatẽ malitia præsumptio cessabat. Præsumptio autem aut ex nouis, aut ex antiquis silere debet.

Sæpe sæpius. Ex decisione eiusdem 1. de restitutione in integrum Guglielmi Cassadori, & decisione Camera Imperialis 84. parte 3. Joachimi Dissingeri, & decisione Cappellij Tholofani 54. Joannis Corseri, & decisione Rotæ Bononensis 85. Petri Benitueti, & decisione Parlamenti Delphinensis 53. parte 2. Francisci Marei.

Restitutio aduersus sententiam, an competat minori contra minorem. Cap. LIII.

Aduersus sententiam distinctiuam minori competat restitutio in integrum, vbi pupillus indefensus condemnatus extitit, sententia est ipso iure nulla, vbi de sentit est, valet, sed propter læsionem restitutio competit, etiam si appellari possit, quia restitutio pinguis videtur, & id cum remedio ordinario cõcurrit. Sed an minor aduersus alterũ restituitur, si ambo de damno tra-

stant, nequaquam, vbi verò alter de damno, hic restituitur aduersus eum, qui de lucro agit, & ita Ecclesia contra Ecclesiam.

Aduersus sententiam. Ex decisione Regni Siciliæ 44. Gaspari Mastriulli.

Restitutio contra sententiam, vt concedatur, de quo constare debeat. Cap. LIV.

Quando minor ex capite iniustitiæ sententiarũ, restitutionem petendit, de illa in primis ap̄ parere debet, alius non conceditur, atque adeo ex actis manifesta esse debet, vt nullatenus in dubium renouari possit, vel de noua causã superuenienti constare debet, quæ si ante illarum prolationem allegata fuisset, non vtique ita late essent. Ad obtinendam restitutionem aduersus rem iudicatam, grandis læsio esse debet, quoniam pro sententia semper præsumitur. Cum igitur nihil constaret, restitutio denegata est.

Quando minor. Ex decis. eiusdem 45. Garrig Mastriulli.

Restitutio minoris an impediatur executionem. Cap. LV.

Vbi autem præiudicium irreparabile est, & si restitutio calumniosè à minore peteretur, in executione suspendendum est, cæterum si reparabile, atque triũ vigore fiat, de iuris rigore impediri nõ potest, sed de æq̄tate conclusum est, vt præstita cautione de restituendo domum in statu, executio continuari debeat.

Vbi autem. Ex decisione Rota Auenionis 2. Hieronymi Laurentij.

Restitutio à maiore petita non impedit executionem sententia in beneficiabus. Cap. LVI.

Executio sententiæ, & rei iudicariæ non impedit pendente causã restitutionis in integrum, in qua due sententiæ conformes latae sunt, sed per appellationẽ suspensã, quia in beneficiabus res iudicata executioni danda est, non obstante restitutione à maiore postulata, secus est si à minore, vel Ecclesia postularetur. Per processum ad vltiora in cã restitutionis iniustitia rei iudicariæ quasi detecta us, sed per oppositionem generalia contra per processum ad vltiora super iniustitia discussum esse dici non pot. Præterea sniz appellatorem suspensã sunt, iõ in cõsideratione nulla existit.

Executio sententiæ. Ex decisione Rota Romana 330. parte 1. Pauli Amilij Veralli.

Cap. LVII.

Cum non solũ executio petita fuerit, sed ad oẽs cõfusions deuentũ fuerit, conclusum est, super restitutio in integrum audiendũ non esse, nisi parito iudicatio.

Cum non solum. Ex decis. eiusdem 285. Iacobi Putei.

Pendente restitutionis causã, an executio in beneficiabus impediatur. Cap. LVIII.

Si cã restitutionis in beneficiabus, pro ut de iure commissa est, restitutio concedenda non est, nisi de eius cã disputet, & interim executio suspendat. Si vigore cõmissionis, pro ut fieri solet, terminus ad docendũ de cã restitutionis p̄fixus esset, nisi doceat, Auditor ad executionem procederet, tunc bonũ ius cã non est pp̄ executio qua ad possessionem impediti debeat, nam cum per sitiam, q̄ transitu in rẽ iudicatã, uicibus non appellãdo, decreti iuri, atq̄ sniz tacite renunciauit, atq̄ acquieuisse censetur, si postea super bono iure audiretur, illud erat ex gratia, sed restitutio, q̄ ex gratia conceditur, restitutio non impedit, sicut nec supplicatio. Quamobrem si in commisione diceretur, confitio de bono iure restituar, quia ista restitutio sapit gratiam sententiæ executio non impeditur.

Pp Si caũ.

si causa. Ex decisione eiusdem 456. part. 2. Iacobi Putei.

Restitutio ab ecclesia petita impedit executionem.

Cap. LIX.

Cum certa fructuum portio Ecclesie de Aldensoga annexa, atque perpetuo vincta fuerat Ecclesie S. Andreæ Segobien. atque de maximo prauidicio illius auergeretur, atque Rector Ecclesie nomine. pro illius prauidicio restitutionem postularet, interim executione suspendendam esse, conclusum fuit.

Cum certa. Ex decisione eiusdem 5. de restitutione in integrum Ioannis Alcedani.

Executio sententiae Principis ante & quando impediatur per restitutionem. Cap. LX.

Cum per Ratum Magnae Curiae, & per Pragmaticam Regis decreta affirmata parata executionem habeant, nisi de nullitate opponatur conclusum est, per restitutionem in integrum non impeditur, sicut nec executio sententiae Praefati praetorio suspenditur per supplicationem: Pragmatica nullitatis causam excepit, ergo in ceteris de suspensionem firmam esse voluit. Circa scripta lege municipali, sententia inferioris in diebus executione per restitutionem suspendit, nisi malitiose petita fuerit. Sed quid si petita aduersus suam Praefati Praetorio? Nisi aliqua causa iuris mihi allegetur peti non debet, sed supplicationis remedium vitandum est, ubi verò probabilis causa allegat, concedi consuevit. Quia causa restitutionis petita evidens est, ita quod omnis calumnia, & litis prorogandi occasio cesset, executionem impedit, alias executionis demum datur, cautione praeserta de restituendo executionem, si in causa restitutionis ille vicerit.

Cum per Ratum. Ex decisione Consilij Neapolitani 356. Matthaei de Affiliis. & decisione 53. Antonij Cappari. & decisione 14. Ioannis Thome Alcazari. & decisione Collegij Pisani 1. Doctoris Marti. & decisione Senatus Pedemontani 181. Antonij Thezzari. & decisione Camera Imperialis 48. parte 1. Iacobini Nisugery. & decisione eiusdem 80. parte 6. & decisione Rota Florentina 133. Hieronymi Magony.

Restitutio petita post acceptam executionem, an suspendat. Cap. LXI.

Post inceptam executionem sententiae, restitutio in integrum petita, si de iure suspensum non operatur, Neque illa opinio vera in consistorio via est, quae vult hoc casu executionem realiter perfectam esse, sed acceptam esse sufficere. Cum missio ex primo decreto facta est, executio perfecta potius, quàm incepta dicenda est, & ita etiam per Ratum nostrae Curiae disponitur. Cuius agitur de executione iuris ipsa restitutio suspensum effectum producit, cum de executione facti iocus est.

Post inceptam. Ex decisione Regni Siciliae 30. Garsia Mastrelli. & decis. Rota Marchia 172. Stephani Gratiani.

Restitutio concessa per gratiam non suspendit executionem. Cap. LXII.

Conclusum est, quod executio sententiae non retardat, in quo collegij Cõpõsitellari per via restitutionis in integrum non audiatur, cum nullius verbum de restitutione in integrum in motu proprio existat, nec per via appellationis audit, & casu quo admittitur, et in ista instantia, executio non minimè impediatur, pro verba motus proprii, quacumque appellatione remota importanda, sed audiatur vel per viam supplicationis, vel recursus ad principem, vel et per quærela, ut in iurandis motus ostendit, & licet sit signata motu proprio, si per quærela vniuersitatis procedat, ex eorumque supplicationis apparet. Quamvis signatura Motus proprii attendenda sit, tamen non tollit,

quin Papa etiam per querelas ad concedendum Motu proprio moueri possit: Cum igitur remissio vniuersitati concesserit, iubens de iure videri, an sententia executio facta, ergo ex gratia Papae procedit, propter quærelam factam, & ita restitutioni in integrum locus non est, nec appellatio rei iudicatae suspensiuæ.

Conclusum est. Ex decisione Rota Romana 1053. parte 3. libro 3 in Nouissimis Tholomei.

Restitutio non conceditur propter negligentiam procuratoris in non appellando. Cap. LXIII.

Petebatur à Grimaldis executio sententiae, eo quod procurator aduersarij non appellauerat infra decem dies, sed ille restitutionis commissionem pro ut de iure impera uerat, restitit; ad probandam procuratoris paupertatem examinari fecit, & iò restitutionem sibi competere petere debet. Contrariis tamen decem diebus, quibus negligentia procuratoris in non appellando iustitiam restitutionis causam non probat, cum principali impurandis sit, qui diligentiorum non inuenit. Vbi autem dolus procuratoris argueretur, aliter dicendum esset.

Petebatur. Ex decisione eiusdem 439. parte 3. libro 3. in Nouissimis Palaezi.

Negligentia procuratoris non soluendo, non appellantis non cauat restitutionem principali. Cap. LXIV.

Propter negligentiam procuratoris in non appellando, ecclesia restitui iure causi est, quod de priuata persona non disponit, ergo ad eam ampliandum non est. Restitutio ob defectum procuratoris non soluendo admitti non sinitur, quia à principio soluendo est, & id in iudicio ordinario petens fuerit, interim sententia exequenda est. Quod procuratore existeret non soluendo, principalis restituit, intellegendum est, quod procurator verè contumax fuerit, quod appellare non poterat, et in beneficium. paupertas procuratoris non appellantis, principalis restitutione non parit. Vbi certum non est contumacia procuratoris in decem diebus cadere, principalis nocet, ut si infra decem dies appellare omisit, ita enim fieri, domino expedire potuit.

Propter negligentiam. Ex decisione Collegij Pisani, 100. de Honoris Marti.

Restitutio aduersus omniam responsionem, & iuramenti delationem propter quam causam conceditur. Cap. LXV.

Cum procurator contumax fuerit in non respondendo positionibus, vel iurando decisum in ista forma obligatum, iò principalis, & reus se in integrum restitui petat aduersus omniam responsionem, vel iuramentum praestatum, & ex ea parte iuste ignorat, non pro impedimento belli notorium, neque ad iudicium venire, neque mandatum speciale transiit tere potuisse a legibus, iò senatus restitutionem concedere vultum est, quibus armento impedimento notorio, neque diligentiae probatione, neque protestatio necessaria est. Propter probabilem ignorantiam etiam aduersus ea restitutio concedenda est, quae ad iuris tigram conseruandum introducta sunt. Neque etiam in expensis condennari visum est, quoniam restitutio in eam statum reducit, in quo ante lationem aderat.

Cum procurator. Ex decisione Senatus Pedemontani, 9. Offianui Caecherani.

Restitutio aduersus lapsum fatalium dicitur incidenter peti. Cap. LXVI.

Si lata sententia super delatione propter lapsum fatalem, succumbens se restitui ex aliqua iusta causa petat, ipsam restitutionem incidenter peti, conclusum est, ergo procurator sine speciali mandato illam petere potest, ubi principaliter petitur, illo opus est. Silata.

Silata. Ex decisione Rotæ Romanæ 1. de restitutione in integrum in Antiquioribus.

Restitutio aduersus lapsum fatalium, vel appellationem non factam coram iudice petenda sit. Cap. LXXVII.

Restitutio aduersus lapsum fatalium coram iudice ad quem non autem coram iudice à quo peti debet, Sed restitutio ad appellandum, ubi nulla appellatio interposita esset, coram iudice à quo postulanda est: Petenti primam iussum impedimentum probandi onus in eumbus, item quod illo remoto in aliquà mora non fuerit, quod si nimium non arceat, sed debitam diligentiam appellationem prosequenti adhibuerit, aliàs probatio non concluderet, nec releuaret. Impedimentum non solum testibus, sed etiam iuramento appellantis, si leuis præiudicij causa sit, probari potest.

Restitutio aduersus. *Ex decisione Camera Imperialis, 743. pa. 10. 1. Andreae Gaill.*

Restitutio aduersus lapsum fatalium, quomodo, & ex quibus concedenda. Cap. LXXVIII.

Aliquando ex facto proprio impeditus est, vt quia ob pauertatem appellationem intra legitimum tempus profectui non potuit, & tunc secundum fatale conceditur, & ex Ordinatione Cameræ senis ante répus est. Aliqñ facto iurisdictionis, à quem appellatum est, & tunc impeditus de iure illius iuratur, nec sibi tempus currit, nõ sciendo fatali non iudicari, si verò processit incho inferioris iudicis, sciendus annus datur, & nõ ultra: Interdum ex facto mixto, appellantis, & appellati, vt in primo fatali compromittitur, & tunc ipso iure nõ currit, necque vltiori tempore opus est. At si ex facto solus appellati, tunc appellanti pariter tempus non currit, sed iuratur, illius. Sed quid si ex facto rectij impedimentum. Isten latram primum actio, ac interesse contra tertium danda est, ubi soluendo non esset, aduersus aduersarium restitui debet.

Aliquando. *Ex decisione eiusdem 98. parte 5. Ioachimi Müllengerii.*

Restitutio non habet locum in præiudicium rectij. Cap. LXXIX.

Cum tempore litis mortis instantia cause reconuentionis perempta erat, illa restitutio spiritus litis, q̄ grata est, in præiudicium actoris, qui demò egerat, facta non intelligitur, & cum extrema vltimis habilia nõ sint, retrorursus locum habere non potest.

Cum tempore. *Ex decisione Consilij Ngapolitani 5. Joannis Thomæ Misuadi.*

Restitutio ad gratiam non habet locum in præiudicium tertij. Cap. LXX.

Postquam Titius ad Episcopij collationem impetratur, Papa omnes gratias antea factas reuocauit, De inde Menio ad Episcopij collationem gratiam fecit, & deinde Titio, quæ ad primam gratiam reuocatum restituit, voluit: primas literas valere, quas ante gratiam Meuij reuocauerat: Cum autem quaereretur, vtrum Titius præferendus esset, pro negatiua cõclutim est, quoniam restitutio ad gratiam extinctam, ei non præiudicat, qui interim aliam impetratur.

Postquam. *Ex decisione Rotæ Romanæ 48. de concessione prebendæ in Antiquis.*

Restitutio non tollitur si contractus à Principe confirmetur. Cap. LXXI.

Confirmatio contractus à Principe etiam ex certa scientia facta, beneficii restituitur propter

enormem Ecclesiæ læsionem non tollit, quia licet contra firmatio tendat ad auiditatem inualsidam, non tamen restitutionem tangit, quæ contrario modo procedit, videlicet ad euipendium illud, quod validum est, actiones ab agentium intentione dirigitur, latum esset irreceptitia, & nulla, quoniam si Papa talem læsionem iussisset, vtique non concessisset.

Confirmatio contractus. *Ex decisione eiusdem 503. Aegidij Bellamera.*

Restitutio non est concedenda non verificata conditione apposita in commissione. Cap. LXXII.

Restitutio in integrum, delegata Auditori, vigore concessionis, quæ habet, constituta, quod sententia vltima de iure sustineri non potest, absque productione, & verificatione cuiusdam instrumenti, in integrum restituit, impetranti concedi non debet, nisi ipsa commissione verificata, & quoniam impetrans illam non probauit, ideo contra restitutionem, conclusum est.

Restitutio. *Ex decisione Rotæ Romanæ 95. part. 3. Pauli Amily Veralli.*

Cap. LXXIII.

Vbi mora de iure purgari non potest, restitutio in integrum non conceditur, & ita conclusum est. Vbi mora. *Ex decisione eiusdem 96. parte 3. Pauli Amily Veralli.*

Cap. LXXIV.

Causa sufficiens denegandæ restitutionis est ius alteri questum. Causa sufficiens. *Ex decisione eiusdem 136. parte 2. Pauli Amily Veralli.*

Maiores non restituntur in possessorio. Cap. LXXV.

Rationes solius possessionis maiori restitutioni non conceduntur, quamuis aliquando ad instrumentum de nouo reperitum data fuerit. Licet minor, & Ecclesiæ, & alij de iure hoc beneficio gaudent, aduersus sententiam latam in possessorio restituantur, Tamen in maiore hoc nequaquam procedere vultum est, quoniam non nisi ex clausula generali restituitur, sed hæc iusta causa Dominis visa non est.

Ratione solius. *Ex decisione eiusdem 2. de restitutione in integrum Cæsaris de Grassis.*

Restitutio non datur minori ad opponendum crimen propter lucrum, sed ad evitandum damnum. Cap. LXXVI.

Quando in iudicio ciuili ter motus, de crimine Et excipiendi obicit, restitutio nõ cõcedit, quia in excutionibus poenarum restitutionis auxilium paratum non est: esset enim magne poenæ executio contra eum, qui propter crimen, etiam in modum exceptionis probatum, efficeretur infamias: Itaque ad opponendum crimen adulterij contra mulierem dotes petere tenet, heredes reuocari restitui non posse conclusum est. Sed quid restituitur donationis propter nuptias exsoluitur de re familiaris minoris Aliter restitutum est, videlicet in termino super beneficio restitutionis dato, crimen adulterij obijcere posse.

Quando in iudicio. *Ex decisione Consilij Ngapolitani 423. Pinedij de Francis.*

Restitutio in integrum concurrens cum appellatione. Cap. LXXVII.

Propter remedium appellandi, restitutio in integrum, quæ extra ordinarium est, non cessat, quoniam ple

nus prouidet, atque etiam infra tempus appellandi exerce-
ceri potest. Cum appellatio prohibetur, neque restitu-
tio, neque supplicatio prohiberi censentur.

Propter remedium. *Ex decisione Parliamenti Delphi-
nalis 55. parte 2. Francisci Marti.*

Cap. LXXXVIII.

EX causa noua, restitutio iterum petita, dari debet.

Ex causa noua. Ex decisione Rota Romana 79. parte 3. Iacobi Putei.

Restitutio an iterum concedenda.

Cap. LXXXIX.

Cum autem ex defectu probationum restitutio de-
negata esset, si postea illis superuenientibus cau-
sam restitutionis commisit, & signaturam dederit, pro ut
iuris fuerit, Maior secundo admittendus non est, vt li-
tium aliquando finis existat, Etiam per instrumenta de
nouo recepta contra tem iudicatum non auditur. Ec-
clesia, & minor, atque personæ priuilegiatæ. Sæpius res-
titui possunt.

Cum autem. Ex decisione eiusdem 279. parte 3. Iacobi Putei.

Titulus. C. si sæpius restitutio postuletur, quomodo
procedat. Cap. LXXX.

Illa dispositio sæpius restitutionem in integrum po-
tulanadi, generaliter in quacumque noua probatio-
ne procedit, etiam si per lesionem, & ideo illa doctrina re-
iecta est, quæ dispositionem ad illud tantum restringit,
quæ de nouis dispositionibus circa ætatē ageret.

Illi dispositio. *Ex decisione eiusdem 7. de restitutione
in integrum. Achillis de Grassis.*

Restitutio maiori iterum danda non est ex nouis
probationibus. Cap. LXXXI.

Post quadriennium restitutio de nouo non datur, et
consilio de bono iure, ex probationibus de nouo re-
pertis. In minore, & aliis priuilegiatis locus est.

Post quadriennium. *Ex decisione eiusdem 233. parte
3. libro 2. in Nouissimis Fabij.*

Restitutio agi potest infra quadriennium à lata sen-
tentia super nullitate. Cap. LXXXII.

Si per commissionem causam nullitatis, atque resti-
tutionis in integrum delegari impetrasti, & aduersarius
tibi præfigi terminum pro alteram commissionem, ob-
tulerit, cum nihil docueris, causam restitutionis ita de
manu agere potes, si tempus quadriennium à die late sen-
tentie lapsum non fuerit.

Si per commissionem. *Ex decisione eiusdem 490. par-
te 3. libro 3. in Nouissimis Paleacii.*

Quadriennium datum pro restitutione finienda, quan-
do incipiat. Cap. LXXXIII.

Ad petendam, & finiendam causam restitutionis
in integrum quadriennium concessum, à die lap-
sus decem dierum ad appellandum currere incipit, &
hoc in prima sententia, vel secunda, quando appellari
non est. At si appellatum fuerit à die late sententie cor-
re incipit, quia cum à tertia appellari non possit, à die
late pars lædi incipit. Hec ita procedunt si sententia cõ-
tra principalem, uenimque cõmactam dictæ fuerint,
quia in eo notitia non requiritur, maxime si procura-
torem habebat, eademque imputandum est, qui dilige-
ntiorem non inuenit. In commacta non vero, quadrien-
nium currere incipit à die noticie.

Ad petendam. *Ex decisione eiusdem 415. parte 2. in
li. Semily Veralli.*

Restitutio post quadriennium in beneficialibus
non datur. Cap. LXXXIV.

Sed utrum in beneficialibus post quadriennium resti-
tutio concedatur, Aliquibus affirmatiua uerior uide-
batur, quia non datur de iure, sed pp commissionem Pa-
pe, sed non deuegetur, quia ipse iubet, quoniam beneficiorum
dominus est, sed ipsius commissio de iure interpretatio-
nem recipit. Sicut in beneficialibus in rem iudicatam tran-
sit, aliis restitutio non esset uecessaria. Periculum anima-
tunis generale dictum est, & in quacumque prescriptio-
ne obtinet. Ex his pro maiori parte conclusum est pro
negatiua. Vbi autem pendente concordie tractatu, at-
que quadam resignatione in manibus notari facta, qua
driennium lapsum est, sub est causa propter quam con-
cedenda est. Et ita conclusum fuit.

Sed utrum. *Ex decisione Rota Romana 853. parte 3. li-
bro 3. in Nouissimis Tholomæi, & 61. & 64. parte 1. Iacobi
Putei, & decisione 380. parte 2. eiusdem, & decisione 10. de
restitutione in integrum. Achillis de Grassis.*

Negligentia procuratoris in non petendo restituti-
onem, nocet principali. Cap. LXXXV.

Licet quadriennium utile sit, & nõ nisi à die scientie
te iudicæte currat, Nihilominus cum procurator
Comitis rem iudicatam non ignorauerit, neque causam
restitutionis in integrum, ad quam petendam speciale
mandatum habebat, & infra decem annos, & ultra nõ
commiserit, eius scientia, & negligentia Domino præi-
udicium non facit, sicut dicimus in desertione appellationsis,
& negligentiæ procuratoris causa, pp 3 principalia
neque excusatur, neque in integrum restituitur.

Licet quadriennium. *Ex decisione eiusdem 719. parte
1. in Nouissimis Seraphini.*

Restitutio ob paupertatem non datur post quadrien-
nium. Cap. LXXXVI.

Paupertas non est legitimum impedimentum aduer-
sus lapsum quadriennium, læsus enim p mittendo hoc
tempus labi, restitutiois beneficio, atque iuri fibi cõpen-
tenti renunciare uult. Cum remissio infra hoc tempus
data esset, illius prorogatio fieri poterat, quæ modicam
expensam requirit. Paupertas respectu modicæ summe
inconsideratione non est.

Paupertas. *Ex decisione eiusdem 446. p. 2. Iacobi Putei.*

Tempus restitutionis, quando currit.
Cap. LXXXVII.

Restitutionis in integrum tps nõ currit durante eo,
quo de cõ nullitate cognoscitur, etiam quod in ea
succumberet, qui pro restitutione instabat.

Restituciois. *Ex decisione eiusdem 1. de restitutione in
integrum. Achillis de Grassis.*

Restitutio aduersus quadriennium quomodo con-
ceditur. Cap. LXXXVIII.

Propter enormissimam lesionem aduersus quadri-
ennium restitutio in integrum conceditur, læsio non
respectu totius causæ consideranda est, quia serè quis
semper totam causam amittit, sed quæ respectu eius q̄ su-
per enormissimam lesionem habet, & ita resolutum est.

Propter enormissimam lesionem. *Ex decisione eiusdem
6. de restitutione in integrum. Achillis de Grassis.*

Maiori lapso quadriennio nec ex nouis causis datur
restitutio. Cap. LXXXIX.

In maiore, in quo ex mera gratia restitutio concedi-
tur, nec etiam ex noua causa aliqua restitutio datur, de-
bet, vt

bet, ut litium finis sit, & ita etiam post lapsum quadriennium conclusum est.

In maiore. *Ex decisione eiusdem S. de restitutione in integrum. A. billis de Graffis.*

Tempus quo iudicatur ad petendum restitutionem aduersus tres. Cap. XC.

Litis tribus diffinitionis sententis, si restitutio aduersus eas petatur, & ad probationes etiam in prima instantia omittas, quadriennium à die vltimæ sententiæ computandū est, nec à termino peremptorio in prima instantia ad probandum assignato, quæ neque per lapsum huiusmodi peremptoriæ lapsio completa erat, Nec à primis sententiis, à quibus appellatum est, cum appellatio omnem iuris effectum tollat, vltima sententia est quæ litium finem imponit, & quæ iudicatur loco primæ succedit ergo ab illo tempore quadriennium currere incipit.

Litis tribus. *Ex decisione eiusdem 2. de restitutione in integrum in Novis.*

Quadriennium competens ex persona minoris defuncti, quando incipit. Cap. XCII.

Quadriennium, quod ex persona pupilli mortui hæredi ipsius maiori competit, nec dum à tempore currere incipit, quo maior hereditatē adiuit, sed etiam statim post diuini mortem hereditate iactæ, quoniam illa iactans heredis personam representat. Itē ad notandum mortis tempus retrahatur, ne quis fingatur quod ad te nuptus testatus pro parte decessisse, licet in culpa sit, quia statim adire potuit.

Quadriennium. *Ex decisione eiusdem 653. Aegidii Bellamera.*

Quadriennium est continuum super litione petenda. Cap. XCII.

Continuum quadriennium esse debet in restitutione petenda, nisi quod liti ipsa finienda est, sed quæ ad modum omnis minor ætas excipitur in minorum restitutionibus, ita & in restitutionibus maiorum, tēpus, quo republice causis abfuerint, vel alius legitimis causis occupati fuerint. In Camera causæ restitutionis in integrum etiam finito quadriennio expeditur.

Continuum. *Ex decisione Camera Imperialis 51. parte 3. Joachimi Misyngery.*

Restitutio aduersus præscriptionem quando concedatur etiam lapsu quadriennio. Cap. XCIII.

Ex capite ignorantie restitutio aduersus præscriptionem decurram conceditur, sed quod si vltima præscriptionem, etiam quadriennium lapsum fuerit, etiam concedendam esse sentus censuit, quoniam cum tempus vtile sit, die sententia currere incipit.

Ex capite. *Ex decisione Senatus Piedmontani 133. Anthonii Tibifiani.*

Restitutio peti potest aliquando ante prolationem sententiæ. Cap. XCIV.

Restitutio in integrum in vigore statuti, ante petita executionem sententiæ petenda est, vltimam impeditur: Quia si eadem hora petatur, parti innata fuerit, quæ sententia proferatur, restitutionem effectum habere placuit, quoniam quo ad impediendam executionem appellationsi æquiparatur, sed à sententia quæ ad hoc dicta non est, appellari potest, si præuiderit cum gravamine sentendam esse, ergo idem in restitutione conclusum est. In dubio quando non malitiose petitur, semper executionem impedit, sed hic omnis malitiæ suspicio cessat, postquam contra heredem datur, qui talent

se esse negat, & aditio non probatur, ideo sententia nulla est, ergo tanto magis restitutio quæ executionem impedit concedenda est.

Restitutio. *Ex decisione Collegij Pisani 137. Doctoris Muta.*

Restitutio propter modicum intervalum decursum, conceditur, ex causa. Cap. XCV.

Terminus datus iure æquiparatur dato ab homine ad appellandum, ergo si in termino decem diebus dato per iudicem (à quo diffinitiva fertur, & à qua appellatur) ad profectendam appellacionem, aliquid diuini cum impedimento interuenit, ut puta quia hora cõgrua Pontium qui signat commisiones, quæsuiuit, & non inuenit, restitutio concedenda est, quoniam interuenio dato à iure in fieret.

Terminus datus. *Ex decisione Rotæ Romanæ 593. Aegidii Bellamera.*

Minor intra totum quadriennium restituitur, si fuit lapsus in minori tempore. Cap. XCVI.

Postquam minor ætate in perferet, integrum quadriennium habet, ad restitutionem petendam, & finienda contra eam, in quibus ætate lapsus fuit: Hoc est plus à lege datum est, ut intra illud examinet & diligenter reuocet quæcumque intra minorem ætatem gesta sunt, atque dõchet, si approbare, vel improbare expediat: Non igitur tempus negligentiæ tempus litionis abobebet, minori enim negligentiæ tempus imputatur, si illam restitutionem non peti, cum omnium reminisci non possit, quæ in tota ætate minori gesserit. Atque ita conclusum fuit.

Postquam minor. *Ex decisione Senatus Mantuani 136. Ioannis Petri Sardi, & decisione Consilij Neapolitani 175. Mathai de Affiliis.*

Restitutio ad appellandum quando concedatur. Cap. XCVII.

Modica præsumptio sufficit pro restitutione ad appellandum, cum Auditori mandatur, quod restituitur pro ut de iure, vlt cum sententia in per delationem in rem iudicatam transiuit, atque iure incumbens ad docendum de diligentia pro restitutione instrumendum producat, de illa per procuratorem in actis facta, Nisi procurator extitisset, illam fecisse non præsumitur, & requere procuratorem, effect plenam causæ cognitionem adhibere, quod in causis appellationsis post ea faciendū est.

Modica. *Ex decisione Rotæ Romanæ 334. Aegidii Bellamera.*

Infirmas procuratoris non est iusta causæ restitutionis ad appellandum. Cap. XCVIII.

Infirmas principalis iustis præbet restitutionis causam ad appellandum, sed quid si procurator dominus liti factus instruat, ita vt infra tempus à lege municipalis introductum, appellations causam omittat, vbi procurator negligens est, principalis neque excusetur, neque restituitur, sed contra eum agere debet.

Infirmas. *Ex decisione Rotæ Bononiensis 26. Petri Benintendi.*

Restitutio an peti possit per procuratorem. Cap. XCIX.

Vt procurator restitutionem in integrum petere possit, vel speciale mandatum habere debet, vel liti dominus factus esse.

Vt procurator. *Ex decisione Cappella Tholosana 55. Ioannis Corserij.*

De eodem. Cap. C.

Si principaliter petenda est, speciali mandato opus est, si locus si inciditur, & ita in Camera obseruatur. Ca-
 autem in procuratorio exprimentum non est. Nisi super
 additione hereditatis, vel matrimonio, propter graue p-
 iudicium, quod in viroque casu subest. Tutor, curator,
 Occorrens, P. alams, atq; ceteri testi alienarum ad-
 ministracionum habentes, abque mandato speciali re-
 stitucionem in integrum postulare possunt, nam & iu-
 ramentum calumniae abique illo possunt.
 Si principaliter. *Ex decisione Camera Imperialis. 26.*
parte 2. locummi 285. ingery.

De eodem. Cap. Cl.

Si in mandato adfint clausulae generales, Ad agendis
 defendendum, & supplicandum, procurator resti-
 tucione petere potest, Idem si io generali cum libera, &
 ad omnia speciale mandatum requiruntia dictum fue-
 rit, clausula autem ratihabitionis in hoc mandato effe-
 ctum restitucionis non operatur. Minor uo restituitur,
 si per procuratorem litem habuit, quoniam ordinariu
 remedium contra illum habet.
 Si in mandato. *Ex decisio[n]e Rot[ae] Marchie 196. Stepba-
 ni Gratiani.*

Maior negligens non restituitur aduersus inuen-
 tariam ex clausula generali.
 Cap. CII.

Maiori infra tempus a iure statutum, inuentariu
 conscribere negligens, propter clausulam genera-
 lem restitucio non conceditur, praesertim si negligentia
 magna, aut lata, vel manifesta reperitur: si minori
 negligentia, aut inuuentariu non facere omittenti iure speciali
 subuenitur, ergo de iure communis maior denegatur,
 contra negligentiam in uno casu, praesuppositum
 de iure communis.

Maiori. *Ex decisio[n]e Gratianopolitana 474. Guidonia
 Papa.*

De ista causi consistere debet, vt ecclesia aduersus praes-
 criptionem restituitur. Cap. CIII.

Ecclisia aduersus praescriptionem, etiam quadragenariam restituitur, dummodo ista causa sublit.
 Hanc autem in casu subesse non constabat, nam ex ca-
 pite ignorantia siue ius competebat ex priuilegio, siue
 de iure communis, nequaquam suffragatur, priuilegium
 enim in laudis antiquis enunciat, de quibus plures
 discussum est. Neque iuris communis ignorantia sus-
 fragari potest. Ex capite autem enormissimae laesiois,
 neque illam probari visum est, non enim consideratur
 respectu rei, quae describitur, cuius respectu praescrip-
 tionem semper laedit, sed habita consideratione ad totum
 patrimonium, vt puta, quando dempta re praescripta, pa-
 rum, aut nihil Ecclesiae superest, contra quam praescrip-
 tum fuit, & hanc sententiam Rota seque consueuit.

Ecclesia aduersus. *Ex decisio[n]e Rot[ae] Romana 428. p.
 1. in Nouissimis Aldobrandini.*

Restitucio aduersus praescriptionem statutariam ex
 quibus causis denegatur. Cap. CIV.

Ex his causis restitucione aduersus praescriptionem
 statutariam non competere, conclusum est. Ex ca-
 pite absentiae uoluntariae restitucio non competit, cum
 procuratorem ad interruptendum mittere teneatur.
 Item impedito non competit, quando impedimentum
 remouere potuit. Imo cum in vrbis fuerit per aliquot
 menses, ipse met interruptere potuit. Nec ex causa pau-
 peritatis, quoniam ad interruptendum statutariam in-

terpellatio extrajudicialis etiam ex statuto sufficit, ex
 capite ignorantiae restitucio non est, nam cum per de-
 ceti annos ante absentiam in vrbem moram traxerit at-
 que in tribunalibus praesertim Capitolii veratus fuerit,
 pro ut ipso in articulis confessus est, statutorum noti-
 am habere potuit, & cum praesumptionem contra se
 habeat, iuramentum ad probandam ignorantiam non
 admittitur.

Ex his causis. *Ex decisio[n]e eiusdem 603. parte 1. in Np
 uissimis Zabali.*

Restitucio aduersus quadragenariam praescriptionem
 ex quibus denegatur. Cap. CV.

Etiam est praesuppositio, quod aduersus praescrip-
 tionem quadragenariam restitucio ex capite ignoran-
 tiae concedatur, illa iusta esse debet, probabilis, ac plene
 probata. Probabilis quidem ista non videtur, nam cum
 ipse esset actor, atque narrauerit Margaritam plures p-
 sentasse, eandem saltem hanc uisidisse opus est, quas si no
 uiderit, in culpa existeret dicendum est, cum scire illam
 praesentasse, non perquirendo instrumeta praesentation-
 um, antequam litem moueret, ignorantiam in excu-
 sabilem reddidit. Ad hunc effectum ignorantia ex omni
 parte excusabilis esse debet, oec aliqua negligentia inter-
 uenire, cum praesertim multis videbatur ad obtinenda
 hanc restitucione opus esse, vt oec dum ignorat, aliu
 rem suam possidere, sed etiam illam ad se pertinere, aut
 super ea ius competere, alioquin a negligentia excusari
 o potest. In herede suo, qui scripturas penes se habuit,
 probabilis non est.

Etiam cum praesupposito. *Ex decisio[n]e eiusdem 387.
 parte 1. in Nouissimis Aldobrandini, & decisio[n]e Rota Bo-
 noniensis 71. Petri Benitendi.*

Restitucio aduersus omnem praescriptionem quo-
 modo datur. Cap. CVI.

Tam aduersus praescriptionem decem, vel viginti an-
 norum cum tunc, & bona fide, quam aduersus
 praescriptionem triginta, vel quadraginta annorum, re-
 stitucioem ex capite ignorantiae concedi debere, con-
 clusum est; Haeres in alius heredes succedens ignorare p-
 sumitur. Nisi scientia ex aduerso probaretur, & ita post
 longam examinationem per plures dies, conclusum est.

Tam aduersus. *Ex decisio[n]ibus consilii Neapolitani 37.
 & 329. Matthi de Affiliis, et decisio[n]e Rot[ae] Romana 42.
 parte 3. lib. 1. in Nouissimis. Fabii, & decisio[n]e 1. de restitu-
 tione in integrum Ioannis Mohedani, & decisio[n]e Senat[us]
 Pedemontani 134. Antonii Thessauri, & decisio[n]e Rot[ae]
 Bononiensis 69. Petri Benitendi, & decisio[n]e Rota Luca-
 si 77. Hieronymi Magoni.*

Restitucio non datur aduersus praescriptionem con-
 uentionalem, nisi minori successori ob pro-
 babilem causam. Cap. CVII.

Sed aduersus praescriptionem conuentionalem, seu
 terminum ad redimendum, qui cum patre maiore
 currere incipit, ne filio quidem pupillo restitucione
 concedendam esse, resolutum est, Nisi aliquid cum eo
 minore gestum esset, vt quia prorogatio facta esset, aut
 quid simile actum foret. Vbi vrbis ex clausula generalis,
 vt puta ex ignorantia, aut alia iusta causa restitucioem
 peteret, sciatu semper concedere consuevit. Ad ex-
 cludendam in hoc casu restitucione, tutoris scientia
 sufficere visum est, & hanc veniorem sententiam ex-
 istere conclusum est, quoniam scientia tutoris, etiam
 pupilli dicitur.

Sed aduersus. *Ex decisio[n]e Senat[us] Pedemontani 103.
 Antonii Thessauri.*

Restitucio

Restitutio contra prescriptionem statuti Urbis conceditur minori. Cap. CVIII.

Contra sexdecim annorum prescriptionem à statuto Urbis introductam restitutionem dari conclusum est, quoniam longissimi temporis prescriptioni æquiparatur; Et quoniam statutum denegat audientiam, plenamque securitatem concedat, tamen istud in maiore procedit, sed in persona priuilegiata secus est. Communitas nunon æquiparatur.

Contra sexdecim. *Ex decisione Rote Romanae 50. par. 3. Jacobi Putei.*

Restitutio nunquam censetur exclusà à qualibet dispositione generali. Cap. CXI.

Lex quantumcumque generaliter disponat, restitutionis remedium non excludit, propterea visum est, post quindecim annos elapsos contra remedium rescindendæ venditionis restitutionem concedere stante enormissima læsione: Quando emptor rem eligit restituere, etiam fructus à litis contestatione reddere debet, & ita pluries iudicatum est.

Lex quantumcumque. *Ex decisione Senatus Lusitanici 391. Antony Gama.*

Restitutio ex quibus denegatur aduersus regulam de triennali. Cap. CX.

EX iusta causà restitutio denegari non potest, iusta autem videbatur, si Iohannes pro parte Didaci commissiuncie in presentiam viderat, citationem decretam, atque in partibus ad Didaco executam, & cum actus impetrandi requirebat, ad illius iustitiam factus præsumi debebat, præsertim quia alteri conuincere non poterat: Nihilominus contrarium decisum est, quoniam Iohannes ad causam veniens, intra triennium illam commiserat, quo tempore citationem contra Didacum exequi poterat, ergo eidem imputandum est si non fecit, cum impedimentum neq; à iudice, neque à parte proueniret, vel prorogatione regulæ de triennali obtinere, ut ista interim faceret. Item negligentia imputandum est, cum Antonium eius auctorem ipsius regulæ prorogationem impetrasse videret.

Ex iusta. *Ex decisione Rote Romanæ 145. parte 3. 14. sobi Putei, & decisione 7. super regulis Achillis de Grassis.*

Regula de triennali an obstat petenti restitutionem. Cap. CXI.

An regulæ de triennialitate quadriennij lapsus restitutionem in integrum petenti obstat, stante commissione, prout de iure, & pro negativa conclusum est, quoniam nedium impedimentum probatur, atque agendi impotentia eo modo, quo poterat, sed etiam minime factæ ad instantiam Cardinalis, qui fororis monialis causam tuebatur, testibus, atque procuratoribus restitutionem postulabantibus, tam in Sicilia, ubi Cardinalis potens erat, & combinationes timende, quam in Curia, ita vt commissionem restitutionem impetrasse periculosum erat, eoq; viuente citationem exequi, adeo vt ex minus, atque iactationibus iustus metus conciperetur. Propter impedimenta ex culpa, vel factio iudicis, aut aduersarij, tempus ad petendam restitutionem non currit. Rota ex æquitate mota est, ne quis in sua iustitia opprimatur, sed magis venias manifestata locum habeat.

An regulæ. *Ex decisione eiusdem 2. De restitutione in integrum Guglielmi Casadori.*

Restitutio, an & quando concedatur in spolio.

Cap. CXII.

In priuilegiatis, prout est Ecclesia, restitutio in spolio conceditur, ideo Episcopo reuocata auferendum spulium concessa est.

In priuilegiatis. *Ex decisione eiusdem 1084. par. 3. lib. 3. in Notissimis Theologis.*

De eodem. Cap. CXIII.

In causâ possessorij si sententia transit in rem iudicatam, restitutio non conceditur, nisi pericula priuilegiata existeret.

In causâ. *Ex decisione eiusdem 37. par. 1. Jacobi Putei.*

Restitutio in spolio beneficalium cur non conceditur. Cap. CXIV.

In spolio beneficalium regulariter restitutio in integrum non datur, quoniam restitutio anomala est, & gratiosa, neque datur, nisi cum clausula confitio de bono iure. Ideo autem non conceditur, quia in his durius cum spoliatore agitur, & in petitorio succurri potest. Item in petitorio conceditur, ne rector propter periculum animæ, beneficium sine canonica institutione obtineat, quæ ratio peccati, non militat in spolio, cum petitionum intentare possit. Et ita decisum est.

In spolio. *Ex decis. eiusdem 97. Pauli Aemilij Veralli.*

In petitione restitutionis in integrum, an sit necessaria litis contestatio. Cap. CXV.

Si petatur restitutio in integrum propter lapsum fatalium, litis contestatio necessaria non est, quia non principaliter, sed incidenter petitur.

Si petatur. *Ex decisione eiusdem 3. De restitutione in integrum in Notis.*

In causâ restitutionis processus ordinarij seruandus est. Cap. CXVI.

Cum autem principaliter petatur aduersus definitiua sententiam, iuris ordo seruandus est. Restitutionis causâ plenaria censenda est, cum per eam sententia retractetur, non absque magno partis victricis præiudicio. Ideo absente altera parte iudex de restitutionis causâ aduersus latam sententiam nõ cognoscet, & hæc opinio in Camera obseruatur. Restitutionem siue iure minoris, siue iure maiorum petens, causam, si per qua restitutio fundatur, probare necesse est.

Cum autem. *Ex decisione Camere Imperialis 49. par. 1. Ioaehimi Nysingerij.*

Cap. CXVII.

In modum replicationis aduersus contractum restitutio incidenter implorata censetur.

In modum. *Ex decisione Rote Romanæ 502. Egidii Bellamerij.*

Tertius pro suo interesse aliquando restituitur in processu inter alios vertente. Cap. CXVIII.

Si author laudatus in iudicio ad rem defendendam comparet, & post publicationem in causâ, atque conclusionem, beneficium restitutionis ad probandum petierit, licet in eisdem terminis audiendus videatur, tam ex quo defensione principaliter ad ipsum pertinet, & ex eius persona beneficium habet, denegandum nõ est: Nam & ipse iudicem reculare potest, ergo in integrum restitui. Et ita pluries iudicatum fuit, adhibita prius causæ cognitione, vtrum articuli eius tantum defensionem concernant.

Si author. *Ex decisione Consilij Neapolitani 15. Matthei de Assillis.*

Resti.

Restitutio per Principem concessa non tollitur
expensarum. CXXIX.

Minor si succedit maiori, an, & quando restituitur
in probationibus. Cap. CXXIV.

Cum Princeps ex gratia ad producendum noua iura, atque ad appellandum restituit, ins obinentis sententiam pro expensis abluisse non dicitur, de quo expressim mentionem non fecerit. Restituitur ad bona, ad ea non intelligitur, quae in alium transiit a iure; ubi priuatus, ad locum restituitur, de eo non intelligitur, qui ab alio possessus est. Restituitur ad accessoria nequaquam trahitur, huius naturae expensae sunt, quoniam in consequentiam veniunt. Cum quid diuersum à re petita existant, nullo modo continentur.

Cum Princeps. *Ex decisione Fori Finizani 14. par. 1. Borguini Casuali.*

Paupertatis probatio ad effectum restitutionis,
qualis vigore clausularum esse debeat.

Cap. CXX.

Quando in commissione adest conditio, si de paupertate esset, respectu alicuius certi, atque determinati effectus, qualis est, fructuum, vel expensarum solutionem differre, in quibus victus, condemnatus existit, tunc talem paupertatem probari opus est, quae legitimam solutionis impedimentum praestet, sed clausula arbitrio Rotae, iuris rigorem temperat, & adeo ad effectum, vt in causa restitutionis audiri possit, atque non solius expensis ad vltiora procedere, conclusum fuit, expensas ipsas in fine litis reuocandas esse praesertim concurrente medico paucarum expensarum praedictio.

Quando. *Ex decisione Rota Romana 250. parte 4. in Nouissimis Venie.*

Restitutio an & quando impedit executionem
ceptam. Cap. CXXI.

Arbitrium concessum à iure regulandum est, ergo executionem iam ceptam non impedit, cepta autem dicitur, quando mandata executiuum concessum est, nullo magis si executio realiter facta fuerit. Sed an ad appellandum restitutio ceptam impediatur, ita quidem si post restitutionem concessam infra decem dies appellauerit, sed quando restitutio aduersus sententiam, tuncque iudicatum committitur, secus est: Neque minor executionem ceptam impedit, si restitutionem obtineat, Cum de sententia iustitia constet, atque nihil de nouo deducitur, ipsa restitutio calumniosè petita dicitur.

Arbitrium. *Ex decisione eiusdem 826. parte 4. in Nouissimis Pamphili.*

Reclamatio à restitutione denegata non impedit
executionem. Cap. CXXII.

Cum à decreto denegata restitutionis reclamatur, si tunc Praefecti Praetorio quod paratam executionem habet, ipsam executionem non impeditur visum est, quia retractabilis est, & per cautionem consultum esse non potest.

Cum à decreto. *Ex decisione Consilij Neapolitani 703. Vincentij de Franchis.*

Restitutio in beneficiis quando conceditur.
Cap. CXXIII.

In beneficiis restitutio non conceditur, nisi de causa, atque bono iure constet, neque solum paupertas, probanda est, vt releuet, sed & causa propter quam profecti non ponit.

In beneficiis. *Ex decisione, Rota Romana 598. parte 4. in Nouissimis Iustii.*

Cum minor receptis probationibus maiori succedat, iure suo non vitur, sed eadem in secunda instantia beneficium non denegamus, respectu tamen corum, quae in ipso termino ad non posita ponendum, eadem concessio, ponere, atque probare licuit, in quibus laedi potuit, atque directè parti contraria probare, ad illa autem, quae eius praedeceffor potuit, vt probauit, aut positis per aduersarium in prima instantia, sunt contraria, admittendum non est, & quando posita appaerent rejicienda sunt.

Cum minor. *Ex decisione Consilij Neapolitani 647. Vincentij de Franchis.*

Minor, qui est doctor, laicus in facto, etiam restituitur. Cap. CXXV.

Iuris ignorantia de decore Doctoribus est, sed facti, etiam in prudentissimo cadere, eosque decipere solent: Professio iuris, atque aliarum artium, & scientiarum cum prouida, & industria administratione honorum nihil commune habet, quam obrem Doctoribus in istam aetatem nondum habentibus restitutio concedenda est, cum specimen illud, quod pro consequendo gradu ediderunt, cum adibus publicis, quibus industriam patremfamilias quis se praebet, nihil commune habeat.

Iuris. *Ex decisione Cappella Tholosane 38. parte 3. Gerardij Maynardi.*

Prodigi laesi in iudicijs sunt restituendi.

Cap. CXXVII.

Pupilli, adulti, furiosi, ac prodigi in iudicijs aequiparantur, atque omnes, qui curatorum iure iuuantur, ergo sicut pupillis, ita & prodigis beneficia concedenda sunt. Is qui per se non potest, sed per alium, aut alterius auctoritate obligari, si laedatur, restituendus est.

Pupilli. *Ex decisione Consilij Neapolitani 598. Vincentij de Franchis.*

Senex an restituendus sit. Cap. CXXVIII.

Seni perspicaci, ac sapienti, qui in nihilo cum pupillis conueniunt, restitutionem non competere visum est. Seni. *Ex decisione eiusdem 608. Vincentij de Franchis.*

Quadrimum ad petendam restitutionem, quando
incipit currere. Cap. CXXVIII.

Si excedentes decimum octauum annum per Regni constitutionem in omnibus maiores sunt, ergo quadrimum, quod ad petendam postea restitutionem concessit, ab eo tempore currere incipit. Item cum Barones, & feudatarij claspò quartodecimo anno maiores existant, idem dicendum est, hoc tempus tunc currere visum est, quòdò anni, siue per nouam, siue per antiquam legem taxati, expleti sunt.

Si excedentes. *Ex decisione eiusdem 650. Vincentij de Franchis.*

RETENTIO.

Retentio quando est subreptina non suffragatur. Cap. I.

Retentio praepertoria promotoad Episcopatum non suffragatur, quoniam subreptina est, cum enim haberet in titulum, falsè expressit in commendam, aut igitur diuicilios concessisset, aut quia obreptia est, gratiam nullam reddidit. Cum Episcopus titulum suum produxisset, illum ignorasse non praesumitur.

minat, melius igitur fuisset, si iudicium infectum non produxisset.

Retentio. *Ex decisione Rota Romana 240. parte 3. Iacobi Putei.*

Cap. II.

Creditor qui pro vna re pignus accepit, potest pro alia, pro qua hypotheca facta non est, retinere.

Creditor. *Ex decisione eiusdem 278. par. 2. Iacobi Putei.*

Retentio rei quando permittitur. Cap. III.

Si res ad aliquem cum viro peruenit, retineri non potest, si vero sine viro, & subest retinendi causa rei coherens, propter expensas factas retineri potest, ita ut si res vestem retineat, sabet equum curatum: Ita iura tantisper retentionem obcedunt, donec meliorationes in rem vtiliter factae soluantur.

Si res. *Ex decisione Cameræ Imperialis 12. parte 2. Andree Gail.*

Retentio pro melioramentis permittitur.

Cap. IV.

Pro meliorationibus necessariis ad perpetuam rei utilitatem factis, retentio permittitur, Quando tantum impensum, quantum melioratum esse probatur, rem relaxare non tenetur, donec soluantur. In omnibus hac regula locum obtinet. Etiam si de liquidatione non constat, retentio permittitur, quoniam ius insistenti habet. Interdum retentio in genere permittitur, pro quantitate in executione liquidanda, illarum exceptio sententiam non impugnat, sed executionem respicit.

Pro meliorationibus. *Ex decisione Rota Marchia. 225. Stephani Gratiani, & decisione Rota Lucentis 81. Hieronymi Magony.*

Vxor, viro defuncto, illius bona retinet pro dote.

Cap. V.

Extra controversiam in iure est, vxorem defuncto suo marito, omnibus si suis bonis retentionis iure posse incumbere, donec ei, integre dos, quam attulit, restitatur: Nam cum iure familiaritatis mariti sui domum ipsa adhuc veniente inhabitauerit, post obitum, ratione hypothecae omnium bonorum retentione vti potest. Etiam in filijs procedere placuit, quoniam retentionis ius in singularium successorem transit.

Extra controversiam. *Ex decisione Camera Imperialis 82. parte 6. Iacobi Misfingery, & decisione Parliamenti Delphinalis 181. par. 1. Francisci Marci.*

Vxor quando possit retinere bona viri pro dote, & quomodo. Cap. VI.

Ita demum vxor viri bona pro dote retinere poterit, si factis, vel verbo, eius animum declarauerit, nimirum quod hypothecae ratione mariti bonis insistere intendit, in quibus illo vltimo est similitudinis iure insisteret. Ceterum voluntatis iuramento non praesumitur, nisi probetur, Item animus ex praetexto interpretandus est, Re autem, & facto ostendi poterit, si haeredit in domum ingredi non permittit, vel claudendo domus clausuras penes se retinuerit. Quomodo locum de eius voluntate mutandae possessionis constat, satis est. Quando autem possessio vacans est, & a nemine occupatur, non potest vxor propria auctoritate inuadere, sed contra iura haereditis ex periti debet. Ius retentionis cedi potest, & in singularium successorem transit.

Ita demum. *Ex decisione Rota Plesina 109. Iosephi Ludonici, & decisione Rota Genoa 73. Elemiy Cartay.*

De eodem. Cap. VII.

In tribus casibus relictae viri bona pro dote retinere permittitur, ex iudicis permissione. Item ex conventionione cum viro facta, si pactum fuerit de propria auctoritate ingrediendo, Item si vacua bonorum possessio abique vitio ad eam perueniret: Cum autem bona locata sunt, conductoris defuncti successores possessionis causam mutare non possunt, & ab vxore recognoscere, Quoniam staturo etiam Lucensium cauetur, nullum de tenentem sibi mutare, ac vltimare, aut possessionem interuenire posse, aut alteri tradere in eius praedictum, cuius nomine detinet. Contra tertios possessores directo agi prohibetur.

In tribus. *Ex decisione Rota Lucentis 64. Hieronymi Magony.*

Retentio dotis non competit haereditibus, etiam si vxor adiunxerit. Cap. VIII.

Retentio dotis non competit filijs & haereditibus contra vxorem defuncti mariti, etiam si ipsam eorumdem tutelam administrasse contingerit, inuasturamque concessisse, atque cum clausulis solitis, & a iure requisitis ad redditionem administrationis tutelae, bonorumque restitutionem, cum generali hypotheca se obligauerit, nam durante petita rationis redditione, dos ipsi retineri non potest, & ita frequentiori calculo receptum, atque iudicatum est.

Retentio dotis. *Ex decisione Regni Neapolitani 317. Francisci Pini.*

Dotis retentio ab haereditibus, quandoque permittitur. Cap. IX.

At si in assumptione tutelae cum solemnitatibus requisitis vxor in specie dotis obligasset, atque omni legum auxilio renunciauerit, per quam clausulam deus praescriptis renunciae renunciat, appareatque de debito liquido dotium retentionem permitti conclusum est.

At si in assumptione. *Ex decisione Rota Marchia 179. Stephani Gratiani.*

Cap. X.

Mulier mortua maritus vestes pretiosas, quas illic fecit, retinere poterit, quotidianas autem non poterit.

Mulier. *Ex decisione Cappella Tholosana 337. Ioannis Cosserii.*

Scriptor pro mercede potest retinere liberum.

Cap. XI.

Et si vna res pro alia retineri non possit, tamen hoc sinit in debito contracto in vtilitatem rei, quia pro eo, res ipsa, in quantum fuit expensum, retineri potest. Et ideo Senatus censuit scriptorem posse retinere quantum, donec salarium scripturae sibi exsolutum fuerit. Aliud est in exemplari, quod ab eo scriptum non fuit.

Et si vna. *Ex decisione Senatus Mantuani. 50. Io. Petri Sardi.*

Conductor potest retinere domum pro pensionibus anticipatum solutis. Cap. XII.

Facilius permittitur retentio, quam actio concedatur, sed conductori actio competit ad recuperandum pensiones anticipatae solutas pro eadem domo, e quo retentionem competere vltimum est. Exceptio restitutoris pensionis pro futuro tempore soluta in executione opposui potest, licet possessor ad restituendum rem eandem dudum condemnatus fuerit, tamen rem retinendo, sententiam impugnare non dicitur.

fagi.

Facilius. *Ex decisione Rotæ Genæv. 11. Fleminiæ Cartæ rii.*

Retentio an permittatur ex alia causâ.
Cap. XIII.

Res pro maiori quantitate insolutum data, pro certa quantitate retineri potest, donec quod verè debetur, exsoluatur. Idem si pro debito putativo datatuoritur, nam pro vero retineri poterit.

Res pro maiori. Ex decisione Consilij Neapolitani 11. Antonij Capocy, & decisione Regni Sicilia 88. Garfia Masbrilli.

Retentio, & compensatio an demit contra dorem, & interesse ipsius. Cap. XIV.

Quando debitum ex vtraque parte liquidum est, tunc cetera dotem dari cum compensationem certius visum fuit, sed quid si debitum mulieris liquidum non est, quia rationes reddite non fuerit, tunc neque retentionem dari indicauimus, sed latam pro dotibus, & antefato sententiam pro ipsis dotibus exequendam esse. Hoc dotis pretium ad interesse dotis non extendi vitium est, præsertim quia si in reddendis rationibus administrationis, mulierem creditricem esse apparebit, pro concurrenti summa cum interesse compensabit. Cum sententia ad interesse dotium, & antefatum liquidandum condemnasset, nisi rationibus diculis, liquidatio fieri non potest. Per retentionem dotis, de factis matrimonij impeditur, sed hæc ratio in illius interesse cessat, quod accessorium est, minimum debitum ratione morte contrahere per heredem in non restitucendo, itaque dotis pars nullo modo est.

Quando. Ex decisione Consilij Neapolitani 642. Vincenty de Francibus.

REVISIO.

Revisionis remedium non est commune vtrique parti. Cap. I.

Reuisiois remedium appellationi non comparatur, sed remedium grauatim, per quod non emendatur sententia, nisi in illius fauore, qui grauatim tempore debito interposuit, quare aduersario non communicari vitium est, vt in eius fauorem latio emendatur, si qua in sententia reperitur: Et multo magis, si reuisio cum clausula quatenus, & in quatum petita fuerit, nam hoc casu ad huc non potest, etiam si vtrique parti, sicut appellatio, communis esset. Cum sententia diuersa capita continet, reuisio impetrata cum illa clausula non communicatur aduersario in alijs capitibus.

Reuisiois remedium. *Ex decisione Regni Sicilia 45. Garfia Masbrilli.*

Reuisio quomodo, à quibus, & intra quantum tempus expedienda. Cap. II.

Post appellationem, vltimum, & extremum remedium reuisiois superest, cum à sententijs Camera Imperialis appellare non liceat, ad reuisionem debito tempore, iuxta præscriptum in ordinationis, quibus pro uocare potest. Reuisores Camere indices ordinarij sunt, quia à lege Cæsaris, Imperij, & cõmuni Stratum placito iurisdictione ordinarij accipiunt, Idque ex ordinatione Camere perspicuum est, vbi modus procedendi coram reuisoribus describitur. Pendente reuisione executio non retardatur, sed præstita sufficienti cautione de iudicato faciendõ, sententia suo effectu tradatur, quæ iuris dispositio veteri ordinationi Camere

cõsentanea est, sed in renouata, granlib. de cãsis immutarum est, atque dispositum, quod pecunia deposita, casu, quo sententia reuocanda non litatis, vel iniquitatis argueretur, pro uocanti restituenda sit, & sententia reformata in Camera executioni demandetur, vnde necessario legitur, tantisper executionem prioris sententiæ suspendi, donec causa cognita constare possit, vtrum sententia reuocanda confirmanda, vel infirmada sit. Quod aliter pendere reuisione executio suspēdatur, publice vti est, ne repetita, executio præsertim inter Status Imperij nouas turbas excitet, & futuris scandalis occasiones præbeat. De iure eõi supplicatio pro reuisione actõrum intra biennium Principi offerenda est: sed in Camera Imperiali certum tempus breuius præfixum est, ne affectores perpetuo reuisiois periculo subiacent, nene executiones sententiarum, magno victoris malo, pessimoque exenplo in longum extrahantur. In Italia ex iure cõmuni omnes magistratus post depositam administrationem per quinquaginta dies in loco ad iurisdictionem permanere, ac fraudum suarum rationem reddere debent, qui modus reuocandi laudatissimus est, vt iudices metu pœnæ sententias suas non præcipiunt, sed deliberant, ac sincere profertur. In Camera reuocata reuisio improbat est, quis enim litium finis esset in tanta pro uocandi libertate. Si quis ob paupertatem, pecuniam reuisiois formalem depenere non possit, à reuisiois beneficio excludendus non est, quia iustitia perinde pauperi, ac diuiti aequaliter admittenda, sed pœna pecuniaria in corporalem conuertitur, & pro uocatiois iniuria carere vindicatur. Simpliciter interlocutoria reuisibiles nõ sunt, nisi tale grauius eni confirmet, quod per appellationem à definitiua reparari non possit, cetera per omnia distinctis comparantur.

Post appellationem. *Ex decisionibus Camere Imperialis 153. & 154. & 155. parte 1. Andree Gaill.*

Lex noua super expensis in causa appellationis non habet locum in causa reuisiois.
Cap. III.

Dicit Regia Pragmatica, quod qui in causa principali nihil posuerit, vel probauerit, cum in sententia condemnator in expensis, atque appellet, prius expensas reficere debent, antequam in causa appellationis procedatur. Ideo dubitatum est, vtrum hæc sanctio in causis reuisiois locum habeat? & pro negativa conclusum est, quia sententia Præficti prætorio per reclamationem non suspenditur, sed ea non obstante executioni demandatur, non tamen executio fiet in expensis, sed postquam illa prima sententia confirmabitur, tunc super illis agendum est.

Dicitur. *Ex decisione Consilij Neapolitani 231. Martij de Afflicis.*

Reuisiois petens, an audiri possit, non relectis in expensis. Cap. IIII.

Petens reuisioem in Regno non aliter auditur, nisi soluto prius debito, atque expensis legitimè taxatis, iuxta formam ritus, ita quod pigriora, vel ineluctiora dare non sufficiat, quia ritus formam imponit, dum dicit, non aliter supplicans admittatur, quæ omnia procedunt, etiam si tertius reuisioem petierit, prout in consistorio decisiõ est. At si debitor exceptionem compensationis aliarum expensarum liquidorum ex alio iudicio opponat, secus est, quoniam soluit, cum compensatio. Si creditor egit actione reali per priuõ decreti interpositionem super bonis debitoris, quia lata sententia non impeditur, quin ad secundum decretum deuenire possit, atque interlocutorie executionem, tunc debitor, si non obstante, audiri potest, si creditor ad interpositionem

tionem, secūdi decreti non procederet, debitori eius malicia obest non potest, cum per eam non fiat, quin sententia exequatur, quae fuit illius dispositionis ratio. Vbi de iudicis solutio a debitor procedit, in eius poenam audiri nō debet, ergo vbi procedit a creditore, debitor audiendus est, & ita iudicatum est. Sidebitor bona non habeat, quibus satisficere possit, eligat in carceribus permanere, vbi audiri possit, & ita conclusū est.

Petens. *Ex decisione Regni Siciliae 99. Garzia Mastrelli.*

Reusio an censetur prohibita per prohibitionem appellationis. Cap. V.

IN Regno ab interlocutoris laris per magnam Curiam appellare prohibuitur est, ideo reusio permissi semper constituit, quia ab appellatione differt, & nōquam substituit prohibitionem continetur: Appellatio iniquitatem, siue imperitiam iudicantis arguit, supplicatio vero, vel querela proprii erroris veniam. Si is qui appellauit, prosequutus non est, supplicare poterit, & ita seipsum iudicatum est, ergo reusio a tribus sententis conformibus admittenda esse videbatur, sed contrarium iudicauimus, quia vbi de iure communis appellare nō potest, nec pariter supplicare, vel linum finis existat, quae ratio etiam in supplicatione locum habet. Princeps de plenitudine potestatis reuisionem concedere potest, sed vbi contra tres, iustitiae clausulam addit, derogasse non censetur.

In regno. *Ex decisione eiusdem 158. Garzia Mastrelli.*

Reusio reuisionis, an concedatur alteri partium, vbi tres conformes non sunt. Cap. VI.

Sed quid si tres sententiae non sint omnino conformes, quoniam vtraque partium aliquam pro se habet, ita vt licet quatuor latae fuerint, tres conformes nō reperiantur: Inuisionem videtur, si forte a prima sententia per Senatum lata reuisionem petere liceat, & non idem reo bitum sit, si per secundam sententiam prima per eundem Senatum reuocata fuerit. Nulla vis facienda est, si secunda cum maiori iudicum numero dicta sit, quoniam ex his nulli esse possunt, qui per prima sententia stant, & antiquiores, sed numero siue calculo aliorum plurimum cedere coacti.

Sed quid si tres. *Ex decisione Senatus Pedemontani. 246. Antonini Theolani.*

De reuisione plurima. Cap. VII.

Reuisionis remedium odiosum est, quia contra finem, qui in litibus desideratur. Ad incertam iudicium emendandum in introducendum est, quoniam, & bo mines sunt, qui vel humana inuicem, vel affectione, aut per sordes errare poterunt. Ad Principem recursus habere decet, ne quis existimet, non esse in certis, qui iudicium errores corrigat. Aliquando ex gratia specialia Principis conceditur: De iustitia autem non nisi in certis casibus lege Regia expressis in regno concedenda est. Si petatur de gratia specialia, omne iuris remedium cessare debet, quia frustra ad Principem recurritur, super eo, quod iure ordinato reparari potest. Quoties reusio concedenda sit a lege taxatum non est, ideo non nisi semel concedenda. Item quia supplicatio quae remedium etiam extraordinarium, & gratiosum est, non nisi semel conceditur. Quod ad aduersarium bis petita dici non potest, ideo si vni litigantium concessum est, alteri denegari non debet: Nam hoc remedium grauaminis remedium comparatur, ideo illi soli pmittitur, qui grauatus fuit. Reuisionis non est tanta vis, vt executionem, atque sententiae auctoritatem impediatur, nec vnquam in Regno rescripta Regia conceduntur, ad superferendum in litibus pendentibus, etiam pro

modico tempore, nisi ex magna causa. Apud nos intra bimestre tempus a die sententiae reuisionem peti, atque introduci debere planum est. Ex multis causis reusio ex gratia petita denegatur, si tempora lapsa sunt, neque dispensandi causa subest, si appellationis retinuit, quoniam gratia, & prouisione Principis indignus videtur, quando sententia contra verum contumacem lata est, quando vel eidem reuisioni renunciauit, quando quantitas ad certam summam non ascendit a lege taxatam. Vbi autem appellatio denegatur, reusio permissi constituit. Si causa possessionis ad quantitatem definitam ascendat, tamen reusio concedenda est, in beneficiis non est dubia questio, nam causam proprietatis admixtam habent. Vbi reusio semel denegata est, amplius non conceditur, lex Regia super distinctione reuisionem permissi, ergo interlocutorias metē exclusisse censetur, nisi distincta vim habeant. In criminalibus reusio semper a Rege denegatur, & in Francia etiam supplicatio non recipitur. Aliquando vero quod ad pecuniam pecuniam cum reuisione concessa est, cum reuisione non possit, quia criminalis laturatur, quod ad iustitiae praesumptionem. Super causa reuisionis iudicis reusio non conceditur si ex aliquo actu positivo constet, partem in sententiam consentisse, reusio denegatur.

Reuisionis. *Ex decisione Regni Lusitaniae 51. Aluari Palafisi.*

R E V S.

Reus a quo absolendus propter defectum actoris. Cap. I.

Seruatis terminis, Actore nihil probante, reus ab impetitione actoris, etiam si nullam ipse petitionem dederit, absolendus est, quia trahendo reum in causam, molestiam intulisse dicitur, etiam super mo lestis, & impedimento perpetuum silentium imponendum est.

Seruatis. *Ex decisione Rota Romana 3. De re iudicata in Nouis, & decis. 6. de verborum significatione in Antiquis, & decis. 547. a. Regidij Bellamera, & decis. Regni Neapolitani 236. Francisci Puy.*

Regula Actore non probante, in quibus intelligatur. Cap. II.

Si in causis beneficiis actor, & reus ambo, vel nihil, vel non plene intentionem probauerint, pro reo beneficium possidente sententia ferenda est. Si actor, & possessor titulum suum canonicum pronunciarit peti, siue beneficium adiudicari, & reus non possessor, solui ab impetitione actoris re absolui petat, vel nihil petat, tunc sententia pro reo ferenda est, etiam actore absente, nihilque probante. Fatuus est possessor, qui contra non possidentem petitorum intentat propter difficultatem probandi dominium, nisi probationes in petitorio paratas haberet, qui fortius interdictū vti possidetis intenerat opus esset, vbi in possessione molestiam patere, aut vnde vti de iudicis esset. Si vero reus possidet, aut neuter possidet, etiam regula firma manet.

Si in causa. *Ex decisione eiusdem 1. de re iudicata in Nouis.*

De eodem. Cap. III.

Quod ad effectum regulae, actore probante, solum actoris ius considerabile est, etiam si reus nullum ius haberet, ideo quod ad effectū abiectionis obiectum tam in personam, quam in gratiam doli potest: solum

cum

eum reus contra actionem venientem ex permutatione, replicet effectum non habuisse, qui non presumitur quoniam facti esse: probatio actoris obscura, & non concludens, non releuat. *Ex decisione eiusdem 11. parte 1. Pauli & Emilij Veralli. & decisione eiusdem 4. de re iudicata in Nouis.*

Reus quando, & quomodo absoluetur auctore non probante, vel contumace.

Cap. IIII.

Vbi aliquis ad iudicium iuratus, si neuter compareret, eandem circumducitur, atque contumacia compensatio hinc inde fit, si vero solus actor compareret, & terminus est peremptorius, reus excommunicari poterit, si non est petrem priorius in expensis condemnari. Si reus comparuerit, & libellus ab auctore oblatu fuerit, iterum actor a teo citandus est, ad videndum absolui, at si ob illius contumaciam, petat expensas, obtinere debet, & tunc ad agendum vicerius non admittitur, nisi iustitienti cautione praestita si libellus non fuerit, tam in expensis, quam si per absolutionem ab obseruatione iudicij, reus obtinere debet.

Vbi aliquis. *Ex decisione eiusdem 7. de verborum significatione in Antiquis.*

Reus auctore mortuo an absoluetur sit.

Cap. V.

Si auctor mortuus est, reus ab instantia causae absoluetur non est, sed iudex magis ad finem causae procedere debet, si commodè fieri potest, & illi, quorum interest, iudicium restituerent.

Si auctor. *Ex decisione eiusdem 96. Egidij Bellamera, et decisione ex dubio 18. Thome Fasoli.*

Auctore non probante gratiam suam esse efficacioram, reus absoluitur. Cap. VI.

Cum suae applicationes duae contrariae, vel diuersae, sed pares in data existunt, neque de prioritate alicuius appareat, reus absoluetur esse, quoniam auctor gratiam suam esse efficacioram, melioremque esse non probauit, prout tenebatur.

Cum supplicationes. *Ex decisione eiusdem 236. parte 3. Pauli & Emilij Veralli.*

Reus quando per solam supplicationem absoluetur sit in beneficialibus. Cap. VII.

In Palatio conclusum est, vt reus, qui condemnatus fuerat, lata contra eum canonizatione tituli aduersarij, diffinitiuè absoluetur, cum impositione perpetui silentij, in fecunda, vel tertia instantia, in qua supplicationem producat, per quam de non iure aduersarij cõstet, atque literas canonizari non debuisset, & hoc cum reuocatione precedentis. Si ex productis tantum per auctorem, de non iure ipsius constaret, vel quia reus ad gratiam nullitatem solum de regula reuocatoria daret, siue publicationis defectu proculdubio absoluetur esse in qua cumque instantia, atque praecedens sententia reuocanda esset, ergo & quando supplicatio non ius auctoris detegit, per quam de iure exclusio agentis appareat. Imò obtinuit, satis esse, supplicationem iuris tertij absque literis producere, quia hoc est plus quam eodẽ modo de proprio iure docere.

In Palatio. *Ex decisione eiusdem 2. de re iudicata Guglielmi Cassadori.*

Auctor si non venit, reus quomodo absoluetur.

Cap. VIII.

Auctore non veniente, reus ab instantia iudicij, si hoc petat, absoluetur, atque ille in expensis coo-

demmandus, tribus citationibus per audientiam contradictarum praemisit, Item quarta ex se per abundantiam, haec autem sententia interlocutoria dicitur, ideo etiam ante litem contestatam peti, & fieri potest: quomuis autem per delegatum haec absolutio fieret, non tamen sua iurisdictione expirat, quominus si auctor infra annum postea veniat, in vni primum commissio, rursus iterum citato, procedere possit, quoniam in iurisdictione, & rescripta perpetua sunt.

Auctore. *Ex decisione eiusdem 3. de dolo, & contumacia in Nouis.*

Reus quando absoluetur ab obseruatione iudicij, & quando diffinitiuè. Cap. IX.

Si auctor nihil penitus probauit, neque probare tentauit, ex quo terminus ei ad probandum status non fuerit, hoc casu de causa nõ liquere dicitur, ipseque reus ab obseruatione iudicij absoluetur est, quando vero terminus a statuto, siue lege, vel in iudice ad probandum status fuit, & nihil probauit, reus diffinitiuè absoluetur est: Cum igitur terminus status fuerit, multaque exhibuerit, aliaque per testes probare tentauerit, sed nullus momenti esse, visum fuerit, ideo diffinitiuè absoluetur est: Quando ab obseruatione iudicij absoluetur est, iterum agi potest, quando sententia simpliciter fertur, vel quia non probatum, reus diffinitiuè absoluetur dicitur.

Si auctor. *Ex decisione Rota Genue 59. Flamini Cartarj, & decisione Parlamentis Delphinalis 506. parte 1. Francis Mereti.*

De reo ob auctoris contumaciam absoluetur.

Cap. X.

Quod in ordinatione Camerae, de auctore, qui in prima instantia contumax est, disponitur, quod contra eum proclama decerni debeat, & post effluxus tres iuridicas reus ab obseruatione absolui Domini Assessores hoc de reo contumace censuerit, qui omnino in iudicio non comparuit, neque procuratorem constituit, ergo si auctor semel comparuerit, vel procuratorem constituerit, dispositio cessat, & hoc proclama tantum in contumaciam non comparitis decernitur, secus est in alia contumacia non agentis, vel non procedentis, tunc enim aduersus constitutum procuratorem agi potest, nisi forte is acceptum mandatum repudiasset, & se exonerasset. Ultra hoc remedium, reus de iure communi competi, in auctoris contumaciam, vt ab instantia, vel obseruatione iudicij, se absolui petat: Magna differentia est inter hoc iudicium, & absolutionem a citatione, quia per illud plenus reus prouidetur, quã per citationis circumductionem.

Quod in ordinatione. *Ex decisione Camerae Imperialis 65. parte 4. Joachimi Misfengerj.*

De eodem. Cap. XI.

Si reus ab auctore citatus in termino compareret, & auctor emanatos processus, vel citationem nõ reproductit, ipse reus copiam processus sibi intimatorum, vel intimatorum reproductat: Auctore tum demum non comparente, reus petat, visã executione, proclama in contumaciam, decreto proclamata, atque facta, sed in iudicij praeteritis absolutionem petat a citatione in contumaciam, submitiendo desuper.

Si reus. *Ex decisione Rota Spirensis 137. parte 2. Gasparis Guglielmi.*

Reus non cogitur personaliter comparere vigore rescripti, nisi auctor ita compareat. Cap. XII.

Quidam ab Imperatore specialem commissionem obtinuit, quod in causa ciuili reus personaliter comparere

parere debeat, reus commissioi sese paritum obrulit, si actor idem faceret, atq; personaliter in iudicio interesset, non autem per procuratorem, quod actor facere recusat, ideo dubitatur, utrum pro contumacia habendus esset, & quidem excusandum esse videbatur, cum natura causae personale comparatione non requiratur, neque alias per in peritorem ad hoc arctatus fuerit: Contrarium tamen iudicatum est, quia aequalitas in iudicijs seruanda est. Quod si actor ad iui instantia impetrauit, ut causa plenaria, summarie tractaretur, atque de plano, ita causa reuentionis summario processu expeñdenda est. Vbiuque enim actor tollit, per impetrationem referri, ordinariae litis rei conuenientia, eodem modo per ipsum actorem sublata esse, intelligi debent, ut conditio inter ipsos aequalis sit; ubi scriptum motu proprio concessum est reor suo cessat.

Quidam. *Ex decisione Camera Imperialis 4. parte 3. Ioachimi Misyngery.*

Reus a pluribus super eadem re conueniri potest.
Cap. X III.

Reus conuenus aetione reali a Titio, etiam si litem concessit, si fuerit, alijs postea postulatibus respondere cogitur, nisi questio aliqua prejudicialis incidere. Reus conuenus. *Ex decisione Rota Spirensis 20. parte 1. Gasparis Guglielmi.*

Reus quando alterum in iudicio nominare possit.
Cap. XIV.

Si reus conuenus aetione in rem, nullum in ea ius habet, sed solum detinet, ut est colonus, inquilinus, depositarius, & similes, tunc dominum in iudicio nominare debet; Si impetitus in re ius habeat, ut emphyteuta, vassallus, superficiesarius, & similes, si pro suo tantum iure conuenitur, nominationis locus non est, & ideo Dominus iudicium suscipere volens, non auditur, quia tamen ipsius interit, nihilominus naturalis possessio rei conuenit, sed illud in iudicium proprietatis abesse non nocet. Si habens ius in re, in per tota insoludum conuenitur, & ita de directo domini abicentis dominio sit controuersa, nominatio admittenda est, nihil enim commune proprietatis cum possessione habet.

Si reus. *Ex decisione Camerae Imperialis 58. par. 2. Ioachimi Misyngery.*

Reus in quacunque parte iudicij tenetur declarare exceptiones in facto.
Cap. XV.

Reus, qui exceptiones generales opponit, eas declarare tenetur, quando in facto consistunt. Reus in exceptionibus est actor, quem admodum iste libellum generale declarare debet: exceptio sicut actio clara esse debet, & libellus contradictorius appellatur. Sed an post litem contestatam declaratio illa fieri possit? Cui exceptio dilatoria sit, ante litem contestatam opponenda est. Quando autem parti via praefata est, iudicij ex officio permittitur, ut partes sciant, super quo litem habent, & ipse certamententiam ferre possit, & haec sententia aequior visa est.

Reus qui. *Ex decisione Consilij Neapolitani 263. Vincentij de Francho.*

Cap. XVI.

Reo, qui nullam exceptionem opponere potest, per iudicij officium subueniendum est ex aequitate, & ita de stylo huius Curiae obseruatur.

Reo qui. *Ex decisione Gratianopolitana 293. Guidonis Pape.*

S C R I P T V R A .

Apoca quando per itarum habent executionem praesentur in instrumento posteriori.

Cap. I.

Si statuto apocis priuatis executio permittatur, alia solemnitas legis necessaria non est, ut creditor anterior per scripturam priuatum posteriori per instrumentum praeterat. Quod nullo magis in libris mercatorum procedere visum est, in quibus singulis diebus data, & accepta describuntur, & ideo antedate suspicio cessat, ut in apocis priuata timetur.

Si statuto. *Ex decisione Rota Marchia 203. Stephani Gratiani.*

[Scriptura priuata quando executionem mereatur.
Cap. II.

Quando de personali aetione agitur contra ipsam debitorum, qui scripturam conficitur, etiam si subscripsisse dixerit, aut contenta in ea vera esse affirmauerit, apocam exequendam esse, nec o est qui dubitet: scripturae legitime recognita plena fides adhibenda est, publicae instrumenti effectum habet. Is qui subscribit, perinde facit, ac si totam scripturam scripserit, ita ut statum de scribente loquens in subscribente locum habere visum est.

Quando de personali. *Ex decisionibus Rota Bononiensis 21. & 36. Gasparis Barzj.*

Scriptura quomodo recognoscatur.
Cap. III.

In recognitione apocae de iure communi, testes siuise praesentes tempore quo scripta fuit, necessarium est, atque ita scribentis manus recognoscatur. Quae autem allegantur, scribentis manus notam habere, atque per literarum comparationem ita recognoscere in oculis priuatis non procedunt. Per statuta autem, vrbis, tribus testibus ita recognoscantibus, opus est, & hic desiderantur. Stylus autem facti est, super quo acherias ius commune, nullas pedem firmare poterit, nisi probauerit: Cum ex duobus testibus alter in ciuitate scriptam esse dixerit, alter solum album rantum allatum fuisse, ideo rei veritas omnino non deducitur. Quamuis in scriptura priuata loci expressio necessaria non sit, tamen ubi agitur de tertij praedictio opus est, prout etiam ita in instrumento publico Rota requirere solet, maxime ubi testes non continuè inter se circa locum conuenerunt.

In recognitione. *Ex decisione Rota Romana 527. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Paleoti.*

De eodem. Cap. IIII.

In priuata scriptura necessarium est, quod testes siuise recognitione deponentes, scientia eaulam reddant, quia praesentes erant, cum cedula scriberetur, atque manus recognoscunt secundum quam regulam, sufficere recognita non fuisse certum est, quia nullus illis scribere vidit: Scripturae autem, quae absente parte fieri solent, ut epistolae, atque tedulae mercatoriae, non exstant probationem non requirunt, si uis vel in instrumentis publicis procedit, vel in apocis Romanis.

In priuata. *Ex decisione eiusdem 570. parte 1. in Nouissimis Kobstery.*

Apoca quando dicatur per se recognita.
Cap. V.

Cum apocis debitoris manus scripta esset, atque a duobus testibus subscripta, cui citati ad recognoscendum.

Q. 9.

sciendū. ita recognouerūt, rem ita geitam esse attestantes. pecuniarum; iuramenti se vidisse: Hoc legitimo probationis genere, cum iuramentum debere visum est.

Cum apocha. *Ex decisione Rote Florentinae 81. Hieronymi Augustini.*

Apocha quomodo recognoscatur per testes.
Cap. VI.

Cum autem apocha neque subscriptionem habeat, neque testium descriptionem, & ab aduersario negatur, questionis est, quomodo verificari debeat, neque per litteram cum alijs scripturis comparationem, neque ex eo, quia testes notam scribentis manum habebat, quod ex eo, quia testes notam scribentis manum habebat, probari posse visum est. Nisi enim trium testium subscriptionem habeat, litterarum comparatio fieri non potest, aut per tres testes recognoscatur, qui illam scribere viderint; Ex æquitate scribens interrogari poterit, an sua manu confecta fuerit. Item ad scribendum compellitur, sed hæc sufficientes comparatio non existit, cum quod de scribendi forma ex multis accidentibus mutetur. Cum scriptura indubitata, & publica. Item quæ de Archæo delumpta sit, aut trino teste notata, quorum duo solum eorum subscriptiones attestentur, comparatio legitima fieri potest. Scriptura, in qua plurium subscriptiones existunt, difficilior contra fit. Illa recognitio, quæ notam manum habeat, nisi præsentis fuerint, ad condempnandum non sufficit.

Cum autem. *Ex decisione Consilij Neapolitani 181. Martini de Afflicto, & decisione 84. Thomæ Grammatici.*

De eodem per principalem. Cap. VII.

Sæpe sæpius accidit in Ciuitate Neapolis, quod Numularij, siue Bancheij cum cedulis falsis, quæ eisdem præferantur, atque veras esse credunt, pecunias faciunt, & postea a veris pecuniarum dominis iterum solvere coguntur. Interdum accidit, ut scripturæ falsæ adeo veris assimilentur, ut ipse idem creditor ignoret, an eius manu scripta sit; Quamobrem Numularij ad soluendum iterum pulsati, instant, ut subscriptione tantum à creditoribus recognoscatur, nec totum mandatum exhibent, ne causam legentes, veritatem recorderentur, sed subscriptionem tantum videntes, & ipsi sicut Numularij decipiuntur, atque fateantur, sed cum de hoc dubitaretur, conclusum est, quod integraliter totum mandatum, siue apocha ostendatur, & ita pluries iudicatum est.

Sæpe sæpius. *Ex decisione eiusdem 304. Vincentij de Franchis.*

De recognitione scripturæ priuatæ.
Cap. VIII.

VT scriptura priuata, manu tertij confecta, nullaque testium subscriptione munita, in iudicio prodita, sed a parte negata fidem faciat, altero de tribus modis probari potest, vel per litterarum comparationem, vel testium depositionem, aut verumque. Ipsa comparatio ita legitime fieri dicitur, si duæ scripturæ afferuntur, vna ad quam, altera ex qua comparatio fiat. Scriptura ad quam, trium testium subscriptionem habere debet, si peritus litterarum in firma libram auci excedente se obligauit, si verò imperitus, quinque testium, subscriptionem habere debet, & testes subscriptos videre opus est, aliter nuda illa remaneret, ex qua argumentum nullum bonum sumi posset. Item comparatio permittitur, vbi nulla alia probatio haberi potest, & ita iuramento firmetur. Duo saltem ex testibus subscriptionem attestari debent, si ab aduersario negatur. Secus est, vbi scriptura ex qua, publicum instrumentum est, nam & de publica ad priuatam, & de priuata

ad priuatam comparatio fieri potest. Super comparatione autem Periti adhibendi sunt, qui iurati deponunt, & credulitatem eos habere sufficit, quoniam non vt testes deponunt. Quando autem per testes, qui eorum subscriptionem recognoscunt, manum, & litteras plenè probare dicuntur, si verò negant, nullam probationem facere possunt. Quando testes præsentis fuerint, & scribere vidisse dicunt, si de debito etiam deponunt, plenè probare dicuntur; At si præsentis scripturæ se legitime duntaxat dixerint, tunc iudicis arbitrio controversia decidenda est, quoniam & testes in recognitione decipi possunt, cum non pauci reperiantur, qui aliorum litteras, & characteres ita in scribendo imitantur, vt vix alteram ab altera penicillimus quisque recognoscere possit. Si testes præsentis non fuerint, sed notam scribentis manum se habere dicant, nullo modo probant, quoniam tempus se ipsissime litterarum similitudinem inducit, & facillimè quis decipi potest, licet deponere audeat, se illius litteras, atque manum recognoscere.

Vt scriptura. *Ex decisione Rote Persinae 7. Iosephi Ludouici.*

Scriptura priuata etiam respectu hypothecæ aliquando præfertur instrumento. Cap. IX.

Si scriptura à debitore, & creditore, item à tribus testibus subscripta, sed à duobus tantum recognita fuerit, quia alter mortuus erit, plenam fidem facit: Nam sicut publico instrumentum credens adhibetur, etiam tabellione mortuo, qui illud coniecit, atque testibus defunctis, qui interfuerunt, ita & in scriptura, de qua loquimur dicendum est, quæ publica instrumenti vim habet. Multo magis, quia veritas contentorum in scriptura priuata probatur, quò ad substantiam obligationis, tenoremque contractus, sic enim duo testes, eam contra tertium, sufficiunt. Quinimo si nulla scriptura interuenisset, sed obligatio cum hypothecâ bonorum per duos testes probati posset, instrumentum præuolare dicitur, quò ad priorem hypothecam. Quando aliquis ex testibus mortuus est, illius recognitio pro morte habetur, sicut mors notari vim signat, quæ subscriptionis continet. Cum scriptura in libro approbata est, qui penes depositarium in ontis conseruari cõsuevit, omnis antidata suspicio, omnique fraudis suspicio tollitur; & ideo instrumenti vim habere dicitur, atque etiam in aliorum præiudicium probat.

Si scriptura. *Ex decisione Rote Marchig 94. Stephani Gratiani.*

De recognitione scripturæ priuatæ in criminalibus.
Cap. X.

Cum vnus testis præsentis scripturæ se fuisse deponat, semiplenam probationem facere dicitur, atque ex altero coadiuuatur, qui eandem epistolam sibi traditam esse deponit, ad effectum vt illam transmitteret; Singularitas autem diuersificationis testibus fidem non tollit, quando ad eundem rei finem tendit. Sed quia in delictis fortiores probationes necessaræ sunt, & in civilibus, nisi duo testes deponant, se scripturæ præsentis fuisse, recognitionem non probant, eorum vobis magis in criminalibus dicendum est: In his probationes nullatenus coniungi certum est. Item testium consignatione non probat, quoniam pro iudicio vincit non sufficit. In criminalibus solum litterarum comparatio non probat, neque fieri potest, nisi scripturæ eam qua faciendâ est, trium testium subscriptionem habeat. Item qua valde periculosa est, periti adhibendi sunt, atque solemtur, & cum sacramento iurandæ: Cum certus sit præscriptus modus, qui observari debet.

debet super ipsa coparationibus, & quod ei sacramentum dandum sit, qui com parationi inuitur, se aliam probationem non habere, nihilque fraudis commisisse, quia nullam ex requisitis fecerat, & comparatio nullus effectus est.

Cum vnus. *Ex decisione Palatii Apostolici Penitentiarum 53. parte 2. Thoma Trivisani.*

Scripturæ priuatæ quomodo possunt fieri authenticæ termino elapso. Cap. X I.

Cum statim omnia aliarum scripturarum receptio post terminum elapsi prohibita sit, videbatur instrumenti copiam in ipso termino productam, quæ tanquam scriptura priuata nullam fidem faciebat, postea per appositionem signi notarij, vel per testes verificari non posse, sed contrarium in concludum est, quoniam ad declarationem eorum tendit, quæ in termino probationi facta sunt, etiam illo elapso valent, & ideo depositio testium ad tempus delati in termino iuramenti referuntur, etiam si iterarum tempore deposuerint. Productio realis post terminum facta, ad veralem in tempore gestam retrotrahitur. Hoc statum casum verifications scripturarum non authenticarum in tempore productarum non excludit, sed in correctoris, atque exorbitantibus, extensio non permittitur. Vbi per aliquam dispositionem terminus ad probandum, probatæ que habentur per omne probationis genus datum esse ranc termini lapsus, vni conclusionis habet, ideo nihil vterius fieri permittitur.

Cum statuto. *Ex decisione Collegij Trisani 142. Doctoris Martæ.*

Scriptura priuata nullam fidem facit ad fauorem scribentis. Cap. X II.

Super eo, an scriptura priuata pro scribente probet, vel aliquem fidei in faciat, pro negatiua resolutum est, quoniam priuata scripturæ, plusquam in viuz scribentis voci, credendum non est, cui in sui fauorem in nihilo creditur: Vocia autem mortua non esse plus credendum quam viuz frequentissimo calculo receptum est, scripturæ priuatæ in scribentis fauorem aliquo modo credi, perniciosum esse iure disponitur, & multo magis, quia lire pendente facta est.

Super eo. *Ex decisione Rota Romanæ 781. parte 1. in Nouissimis Seraphini.*

Scriptura priuata ex quibus coniecturis probet. Cap. X III.

Ed vbi ad minicula concurrunt, fidem facit, sine quibus nullatenus probaret: Has autem coniecturas sufficere visum est, quia eodem tempore Ripa portione vendidit, quo in suo memoriali narrat Ardilio precium officij Notariatus Rota restituisse, & ipsa venditio, atque consensus præstitus idem tempus percutit. Item indigetia pecuniarum Ardilij de tempore in memoriali, scripturæque priuata descripto, quæ ex pluribus, atque impositione perpetui census super domo propria, probata est, & propterea verisimile est, eundem pecunias in emptionem officij erogatas exegisse, in necessitatibus enim nullus liberalis esse præsumitur. Et si Prosper prætium dicti officij non exsoluisset, fuisset In dolo, incidisset in periculum, atque à commodo contractus accidisset, cum in instrumenti recognitionis bonæ fidei Prosper ex præse cõuenisset, atque Ardilio promi sent, officij non vendere, nec obligare, aut aliquè contractum sine ex præse iudicæ licentia iure, & cum Prosper postea vendidisset, ad excludendum omnia, precij restituisse præsumitur. Denique ipse moriens nihil eorum, quæ in memoriali suo continentur, retractauit,

Ideo scriptura priuata magis scribente mortuo probat, quam eo viuente, quoniam cum ita descriptum dimississe, verisimile non exiit, nemo cum peccato mori velle præsumitur, liber siue scriptura in aliquibus vera reperta in omnibus vera esse præsumitur.

Sed vbi. *Ex decisione eiusdem 813. parte 1. in Nouissimis Seraphini.*

Cap. X I V.

Propter rasuram, vel interlineaturam, scriptura ex præcedentibus improbat, vel comprobari potest. Propter rasuram. *Ex decisione Parlamenti Delphinialis 744. parte 1. Francisci Marci.*

Scriptura quomodo probetur deperdita. Cap. X V.

Ad probandam scripturæ perditionem, ista necessaria sunt, Primum probari opus est, illam in tali loco, talique anno, mensis, ac die consecratam esse cum omnibus substantiabus in illa requisitis, item instrumenti autoritas, & quod absque vni falsitatis fuerit. Item quod perditio fraudulenter non allegatur. Vbi testes de rei veritate deponunt, & quod super gestis præfentes fuerint, parem cum instrumento vni habent, sed aliquando scriptura de substantia exiit, & falsitatis præsumptio excludi debet, & tunc perditionem probati opus est.

Ad probandam. *Ex decisione Consilij Neapolitani 274. Matthæi de Assisii.*

Scriptura Archiuij quando sit authentica. Cap. X VI.

In Archiuijo publico scriptura reperta, authentica reputatur, neque potuit per aliquem ibi reponi, quoniam ista præsumptio cessat, quando per officiales publicos custoditur.

In Archiuijo. *Ex decisione Rota Romanæ 87. parte 2. Pauli Amilij Veralli. & decisione Parlamenti Delphinialis 298. parte 1. Francisci Marci.*

De eodem. Cap. X VII.

Vt Archiuium de scripturis in eo repertis fidem faciat, illas notarij subscriptionem habere opus est, Item & publici instrumenti requisita, quomobrem si scriptura non authentica, aut aliquod exemplum inibi reperitur, nullam fidem facere certum est, atque Archiuij autoritas non suffragatur. De tempore depositionis constare oportet, cum leuis pendens tempore dimitti poterunt.

Vt Archiuium. *Ex decisione eiusdem 42. parte 1. Pauli Amilij Veralli.*

Scripturæ Archiuij extra territorium non probant. Cap. X VIII.

Extra territorium Archiuium non probat, quomobrem scriptura inde extracta solū inter subditos statuentium fidem facit, & in territorio illius cuius est. Extra territorij de iure cõmuni nulla fides ad habenda est. Extra territorium. *Ex decisione eiusdem 42. parte 1. Pauli Amilij Veralli.*

Scriptura Archiuij quando probet. Cap. X I X.

Quoties ex facie scripturæ de veritate apparet illi præsumptioni locus non est, quæ ex archiuijo colligitur, non igitur copie credendum est, ex qua authentica facta neque: Sed quid si est copia per tunc notarij extracta qui instrumt consecratur? Hoc casu, ob tunc antiquitatem instrumtū abque aliqua scripturæ, & notarijus

recognitione probat, prout ita aliis iudicatum fuit, multo magis si instrumenti fides admittitur, atque primum prioribus augeatur. Cum authenticatio iure instrumenti facta sit, in processu inuestigare productum, super quo iudicatum fuit, inuestituram concedendam esse, ideo plenam probationem facere, nemini dubium esse debet.

Quoties ex facie. *Ex decisione Regni Siciliae 43. Garsia Mastrelli.*

Scriptura reperta in Archiuo, item in camera Principis quando probet. *Cap. XX.*

VT scriptura in publico Archiuo reperta probet, multa necessaria sunt, quod illi officialis publicos prepositus fuerit, & scriptura ipsa inter authenticas reperiatur, item quod ex consuetudine fides faciat, denique quod testimonium authenticum habeat, quia officialis Archiuo praefectus, illam esse Archiuui scripturam anesseletur. Sed si ipsa scriptura ex Camera, siue sacro scrinio Principis prodeat, probare certum est. Aliquod exemplum propter auctoritatem loci principis probant. Omnis controuersia cessat cum tenor scripturae per adminicula aliarum scripturarum comprobatur, super quibus sententia lata est: & multo magis, quia ex consuetudine Duces Sabaudiae seuda cum iure iudiciali alienare consueuerunt, ergo tenor huius iuris, de quo controuertitur in ipsa scriptura ex consuetudine Principis eo adiuuatur.

Uti scriptura. *Ex decisione Senatus Pedemontani 69. Officium Cacerani.*

Scriptura sola extracta ex processu de partibus non probat. *Cap. XXI.*

Extracta scriptura ex processu de partibus, absque extractione totius processus, nullam fidem facit, quia est copia copiae, nec Innocentiana locum habet, quia de regitris, siue processibus loquitur, non autem de scripturis in eis contentis: Ratio diuersitatis est, quia ex extractione totius processus apparet, si fideliter & bene in partibus regitrate fuerunt, item si recognite fuerint, atque ex propriis originalibus extracta, quod fieri non potest, nisi totus processus extraheretur, & cum effret copia copiae nulla fides adhibenda est.

Extracta. *Ex decisione Rotae Romanae 113. parte 3. Pauli Emili Veralli.*

Subscriptio scripturae aequiparatur confessio subscriptionis. *Cap. XXII.*

Parem vim habet debitoris confessio, se subscripsit se dicentis in praesentia testium, sicut si ipsi testes illam apocam subscribere uiderint. Quamobrem cum tres testes subscripti deponerent, illam subscriptionem esse propriae manus, & quod debitor in creditoris praesentia illos rogauit, ut subscriberent, quam uerque afferbat, debitoris manu subscriptionem esse: Hoc sufficere ad emendandum visum est.

Parem vim. *Ex decisione Consilii Neapolitani 104. Matthaei de Assiliis.*

Inter mercatores per scripturam priuatam recognitionem sententia dari potest. *Cap. XXIII.*

Inter mercatores bona fides exuberare debet, & multo magis in locis, in quibus maxima mercium, negotiorumque frequentia uiget, propterea litera recognita credendum esse placuit, ita ut condemnatio seque possit; sed quid si careret anno, die, ac consule, quid si etiam sigillo scriberent, aut etiam data loci? Haec omnia priuatis respiciunt, ipsa autem iata in domiciliis

loco praesumitur. Consuetudo scripturam authenticam facere potest.

Inter mercatores. *Ex decisione Rotae Genuae 126. in Antiquis.*

Scriptura non plene recognita semiplenam probationem facit. *Cap. XXIV.*

Nisi iure Regio scriptura scripta, atque subsignata fuerit ab eo qui obligatus esse uult, fidem nullam facit; Sed quid de iure communi, si a debitore duntaxat subsignata, per testes se habere notam subscriptionis manu attestantes, recognita fuerit, plenam probationem non facit, sed semiplenam facere visum est.

Nisi iure Regio. *Ex decisione Regni Lusitaniae 238. Antonii Camp.*

Scriptura priuata an & quando probet contra tertium. *Cap. XXV.*

Scriptura priuata, nisi uetus sit, & de facto antiquo mentionem faciat contra tertium non probat. Quanto autem tempore antiquitas in probationum materia dicitur, variatum est, tandem in Camera conclusum, hoc iudicis arbitrio relinquendum est. Vbi autem de graui alicuius praedicio agitur minus quam triginta annorum tempus non sufficere visum est.

Scriptura priuata. *Ex decisione Camerae Imperialis 79. parte 5. Iacobi Misyrgerii.*

Statutum Genuae de apodifis continet epistolam missam, & ualeat. *Cap. XXVI.*

Per dispositionem regularum Genuae cauetur, apodifam scriptam, uel etiam subscriptam, ante lapsum decem annorum paratam executionem habere. Item recognitionem eiusdem per testes, super totius manus, & literatura deponentes, fieri posse, & quod eorum iudicio scripta, uel subscripta fuerit. Ideo ad dispositionem ualere visum est, quoniam uerget, ac necessaria causa interuenit, ob insignum mercatorum numerum, & solum per apodifas contrahunt. Cum hic casus a iure communi exorbitet, ideo de apodifis ad epistolam missam extendenda non est: sed quia eadem ratio etiam in epistolis uiget, quae lato sumpto uocabulo apodifiarum nomine continentur, ideo istas etiam contineri uisum est, quoniam ita semper obseruatum extitit, & uera interpretatio ab obseruantia sumenda est.

Per dispositionem. *Ex decisione Rotae Genuae 181. in Antiquis.*

Scriptura an quod ad hypothecam praetaleat instrumento. *Cap. XXVII.*

Scriptura priuata, licet sit anterior in data, non tamen quod ad hypothecam publico instrumento praetaleat: secus tamen est, quando ante instrumentum coactam fuisse per testes probatum fuerit.

Scriptura. *Ex decisione Rotae Romanae 113. parte 3. Pauli Emili Veralli.*

Scripturae hereditatis penes quem esse debeant. *Cap. XXVIII.*

Scripturas hereditarias heredem conferre debent, visum est, nam ipse dominus est, & pro usufructus defensionem ad usufructuarij instantiam exhibere tenetur: Venditor emptori instrumenta dare non tenetur, quia ad ipsum spectat defensio, & de eius iure tenetur. Haereditas principaliter interest, ut haereditas ipsa defensionem possit.

Scripturas.

Scripturas. *Ex decisione Consilij N. apolitani 386. Pinnis de Franchis.*

Recognitio scripturae privatae cum quibus administratis fiat. Cap. XXXIX.

Licet de iure communi, pro bona, & sufficienti scripturae recognitione, oporteat testes dicere se fuisse praesentes, & cedulam ipsam scribi vidisse, Tamē de stylo Curiae sufficit dicere se habere notam manum eius, de cuius scriptura agitur. Quotiescunque sumus in recognitione scripturae, in qua testes necessarij non sunt, prout in cedula testamenti ad pias causas, testatoris manu conscripta, in qua testibus opus non esse pluries in Roma conclusum fuit. Et concurrentibus administratis, ista recognitio sufficit: Nam testes deponentes se habere notam manum quia pluries scribere videntur, vel semiplene, vel paulo minus, quam semiplene probant, quum obrem ex administratis vultis impleri potest: Nimirum si testamentum interitatoris libro scriptum sit, si comparatio per duos testes facta sit, et si observantia subsecuta concurrat: Haec administrata sufficere conclusum est.

Licet. *Ex decisione Rota Romana 124. parte 2. in Nouissimis Cantucey, & decisione Collegij Tifani 45. Doctores Marti.*

Scriptura privata, quando probet contra tertium, & quomodo recognoscenda debeat. Cap. XXX.

VT scriptura privatae Summum in tertij praedictum probet, tribus et libas subscripta esse debet, in recognitione ipsius, quod testes notam manum se habere assentant, satis non est, sed requiritur quod praesentes fuerint, atque scribere viderint. Per alios testes comparatio facta non sufficit, quoniam eosdem peritos fuisse non constat. Item cum aliqua scriptura authentica comparandum erat.

VT scriptura. *Ex decisione eiusdem 550. parte 4. in Nouissimis Mellini.*

Iura ex Archiuo Capituli extracta non probant contra Episcopum... Cap. XXXI.

VT iura ex Archiuo extracta probent, hoc quoque necessarium est, quod illius custos suspensus non sit, facile enim falsae apponi possunt, vt ab Archiuo auctoritate fidem sumant. Item de tempore repositionis ante litem motam consistere debet, quod tempus testes non pereunt. Et si inde extractis fidem adhibitam fuisse deponant, tamen de actuum frequentia nihil dicunt, atque de authenticis intelligere possunt, non ex Archiuo auctoritate, sed quia authentice erant. Nec probatur, quod contra non subditis fides adhibita fuerit, probatio consensus non relinquitur, quando in terminis casus praecisi fit. Episcopus neque Capitulo, neque eius Archiuo subditus est.

Vt iura. *Ex decisione eiusdem 549. parte 4. in Nouissimis Mellini.*

De citatione ad videndum iura producta collationarij. Cap. XXXII.

Citationis defectus, ad videndum iura collationarij, & auctulari, certa die, & hora non expressis, ante productionem iurum exemplationem loci habet, sed quando a Notario aduarius post productionem exemplata sunt, ad effectum, vt dimissa in actis copia collationata, ipsa originalia partibus restituantur, secus est, tunc enim citatio ad videndum restituta originalia dimissa copia collationata, sufficiens est. Cui cum nihil aliud a parte oppositi fuerit, nisi quod originalia videre volebat, firmum est, quod illa vident, & acquiescit.

Citationis. *Ex decisione eiusdem 819. parte 4. in Nouissimis Lancellotti.*

Filia Notarij est valida, etiam si scripturae in ea reperiatur, aliena manu scriptae, non fuerint ab illo subscriptae. Cap. XXXIII.

Filia, sine prothocollo in originale scriptura reperiatur, & si instrumenta in ea apposita, annua requiritur habent, falsitatis suspiciones cessant. Cum dia pro authentica obseruata fuerit, qua scripturae a proprio notario expletae sunt, & post eius mortem ab alijs auctoritate proconsulunt, ergo aliae scripturae in eadem existentes, validae iure, atque eae ipsi summatim sumunt, quoniam optima interpretatio est, quae a consuetudine fit, quam obseruata fuisse sufficit, licet praescriptam esse, non probetur. Quid si instrumenta eo loci reperiatur, aliena manu scripta sint, & nulla notarij subscriptio apposita? Notarius priuatum instrumentum per alium scribere potest, dum modo ipse rogatus se subscribat, quoniam tabellionis industria in rogando non eligitur, sed vt fidem de gestis faciat, quam subscribendo praestare dicitur. Nisi consuetudine subscribere solent non fuisse, consuetudo enim propria rursus inspicitur, quam communis. Item instrumenta aliena manu scripta inter proprias rogationes posita esse sufficit. Cum prothocollo etiam sine subscriptione singulari scripturarum valeat, ideo filia suam firmitatem habere dicitur, etiam si aliena manu scripta instrumenta apposita, a proprio filiae notario subscripta non fuerint.

Filia. *Ex decisione Collegij Tifani 219. Doctores Marti.*

SENTENTIA INTERLOCUTORIA.

Quae sit sententia interlocutoria habens vim diffinitiuam. Cap. I.

Omnis interlocutoria, quae aliam sententiam possit non sperari, vel per quam iudicij officium finitur, aut quae vnum cause principalis articulorum diffinitiuam vim diffinitivae habere dicitur: Huiusmodi sunt sententiae absolutioes ab instantia, vel obseruatione iudicij, appellationem esse desertam, de precepto solvendi, de secundo decreto. Item competentiae, reuocationis attentatorum, de procedendo, vel non procedendo in causa. Item exceptionem peremptoriam obstat, vel non, probatum esse, vel non, & si quae praedictis similes sint. Licet sequatur, & speretur aliquando diffinitiva, tamen haec super eo feruntur, in quo victoriae cause pendet: Afferunt enim, vel parant praedictum super toto negotio, vel super aliquo principali ipsius negotij fundamentum, & hoc importat nomen ipsum, quod ita praedictum, sicut diffinitiva sententia.

Omnis. *Ex decisione Camerae Imperialis 88. parte 3. locubini Noyngery.*

Sententia de serentionis qualis sit. Cap. II.

Controversi solet, vt rum sententia lata super desertione diffinitiva sit, vel interlocutoria, & vera resolutio est, tunc interlocutoriam esse, si ab interlocutoria appellatio interposita fuerit, eaque deserta pronuntiata sit, qui hoc casu cause principalis cognitio ac huc superest, & cum ex tali desertione, finis cause principalis non imponatur, ideo interlocutoria dicitur. Diffinitiva vero erit, si appellatio a diffinitiva interposita, deserta pronuncietur, eo enim casu, sententia desertionis, negotiorum principale diffinitiuam cum nihil superest amplius, quam vt sententia a qua, executioni

93 3 do

demandetur. Primò casu appellans a sententia deservit, in scriptis, pro vt regulariter ab interlocutoria appellandum est, altero vero casu, a viua voce sulicit, aut in scriptis ex intervallo. Pronunciatur super deservitione appellantis, quo ad litem decidendam, diffinitive vim habet, sed quò ad executionem faciendam, interlocutorie, quia, appellatio deservit, executio ad iudicè à quo pertinet. Sententia deservitionis appellabilis est, & ita in Camera observatur.

Controversi. *Ex decisione Camera Imperialis 238. parte 1. Andrea Gault. & 36. parte 1. Joachimi Misyrgeri. et decisione Gratiopolitana 11. Gaidonis Papa, & decisione Parlamenti Delphinialis 1. parte 1. Francisci Marci.*

Sententia super deservitione appellantis quando habeat vim diffinitivam. Cap. III.

Super deservitione appellantis à gravamine illato interposita, interlocutoria lata, vtrum diffinitive sententiae vim habeat, in Rota per negativam còclusionem est, nam licet ad verum sit super deservitione à diffinitiva interposita, atque in qualibet alia super exceptione peremptoria lata, diffinitivam vim habeat, tamen hoc non procedit super deservitione appellantis à gravamine ante sententiam illato: Quia post predictas interlocutorias super exceptione peremptoria, vel præiudicialibus questionibus prolatae, nihil testat cognoscendum, sed cognitum executioni demandatum, sed in casu posito, cognitio causae principalis superest, ergo nihil actum videtur, cum aliquid superest agendum. Interlocutorie in peremptoriae, exceptionibus latae certas suas executiones, atque effectus magnos habent, quibus alie interlocutorie carent, quæ quo ad iudicem, nunquam in rem iudicatum transeunt.

Super deservitione. *Ex decisionibus Rota Romana 21. de re indicata in Novis. & 87. de appellacionibus in Antiquis.*

De eodem. Cap. IIII.

Illa pronuntiatio, per quã appellacionem deservitam fore dicitur, interlocutoria est, quoniam ex ea actio in facti oritur non potest, sicut ex natura diffinitivæ procedit, sed diffinitivæ vim habet.

Illa pronuntiatio. *Ex decisione Cappella Tholosanæ 364. Joannis Corserii.*

Iudex quando possit interlocutorias revocare. Cap. V.

Illæ interlocutorie, per quas iudex proferens, deservit esse iudicem, vtriusque ab instantia iudicis absoluti, vel se non esse iudicem pronuntiavit ab eodem revocari non possunt: illas vero, per quarum prolacionem iudex romanus, revocare potest.

Illæ interlocutorie. *Ex decisione eiusdem 186. Joannis Corserii.*

Interlocutoria quando sit serenda in scriptis. Cap. VI.

In scriptis de necessitate interlocutoria serenda non est, nisi in ea magna causæ cognitio verteretur, tunc enim sicut diffinitivam pronunciarum opus est.

In scriptis. *Ex decisione Rota Romana 5. de re indicata in Antiquis.*

Immissionis sententia an sit interlocutoria. Cap. VII.

Immissionis sententia ex nuda testamenti exhibitioe & interlocutoria, & appellabilis est, at si cum causæ cognitione facta esset, diffinitiva est.

Immissionis. *Ex decisione Rota Spirensis 31. parte 3. Gaspari Guglielmi.*

Sententia ab observacione iudicis, & ab observacione instantie cur non deservant. Cap. VIII.

Inter sententiam ab observacione iudicis, & ab observacione instantie, siue ab instantia iudicis, nulla differentia constitui potest, quando ita verba dicta sunt, iudicium quidem à liis contestatione vique ad sententiam procedit, instantia vero illius iudicis exercitum est, ergo absolutus, ab instantia, intelligitur ab exercitio illius iudicis absolutus, id est si ab observacione iudicis, vel à liis, & instantia absolutus esset. Cùgitur index à quo à iudicis observacione absolutus, & index ad què ab observacione instantie, has duas absolutorias conformes esse visum est, ita vt vigore statuti à duabus conformibus appellari non possit: sed de iudice appellacionis mirandum est, quoniam ab instantia, vel observacione iudicis non absolutus, nisi quando index à quo super processu nullo, circa merita causæ pronunciat.

Inter sententiam. *Ex decisione Fori Fimicani 7. parte 1. Borgnini Cavalcani.*

Sententia ab observacione iudicis quando sit diffinitiva. Cap. IX.

Cum actor contra emptores, possessoresque bonorum suorum aduenturum de patris consensu libellum produceret, petieritque illa sibi restituta relaxari, liisq; contestata fuerit, assignatq; tempus vterque ad probandum, atque probationes factæ, apertis processibus, data super meritis motiva in dicto actori ius agendi ad bona per patrem alienata, illo viuo còperat, & iudex per sententiam reos absolutus ab observacione iudicis de quibus in libello, tacite voluisse videtur ab actione intentata in libello absoluisse, ex quo sententia certa redditur, ideo diffinitiva esse, vel diffinitivæ vim habere conclusum est, & causæ que merita respiciere, atq; totum negotium præteritis status diffinitive. Si de interlocutoria intelligere voluisset iura ad actori iterum agendi referuasset, eumque in expensis condemnasset, item causam absolutiois expressisset, prout còmuniter fieri consuevit, sed quando ab actione, & impetitione, & sic diffinitivè absolutus, actori iura iterum agendi non referuatur, sed totum negotium diffinitum dicitur.

Cum actor. *Ex decisione eiusdem 7. parte 1. Borgnini Cavalcani.*

Iudex à quo potest reponere à sententia absolutoria instantie. Cap. X.

Si iudex à quo, ommissa expensarum condemnatione ab observacione iudicis primò absolutus, & appellacione interposita, reposuerit, mox eandem sententiam cum expensarum condemnatione dixerit, rectè quid facere potuisse conclusum est, quoniam per appellacionem ab interlocutoria iurisdictione iudicis à quo non suspensor.

Si iudex. *Ex decisione Rota Marchia 66. M. Antonij de Amatis.*

Interlocutorie sunt super nullitate, super deservitione, super peremptione instantie. Cap. XI.

Sententia diffinitiva est, quæ negotium in petitione deductum diffinitive, quo principaliter inter partes agebatur, ipsiusque dormire facit, sed vbi propter litem con testationis defectum, iudicium nullum pronunciat, inter.

interlocutoriam dici debere visum est, & proinde in scriptis appellandum esse. Cum post lapsum triennij inflantia peremptoria sit, si iudex reum absoluit ab obsequatione iudicis, interlocutoria sententia est, quia semper primaeva actio remanet, de qua agebatur. Item sententia super appellacionis deletionem panter interlocutoria est, quoniam finem negotio non imponit.

Sententia. *Ex decisione Gratianopolitana 221. Guidonis Papa.*

Sententia super attentatis est Interlocutoria.
Cap. XII.

Super attentatis lata sententia interlocutoria dicitur, neque diffinitiva vim habet, quia post conceptum iudicium competere incipit. Super his, quae lite pendente incident, & emergunt lata sententia interlocutoria dicitur. Neque diffinitiva negotium, quia etiam interdicto, aut aliis remediis possessorij agi potest. Quamobrem inscriptura appellari opus est.

Super attentatis. *Ex decisione Rota Romana 10. de re iudicata in Nguia.*

Super restitutione ad appellandum est interlocutoria.
Cap. XIII.

Super restitutione ad appellandum, & omnis alij negotium principale tangens, licet ex eo interlocutoria censetur, quia in scriptis appellandum est, tamen quo ad certos alios effectus diffinitiva vim habere videtur, & ita in Palatio servari consuevit.

Super restitutione. *Ex decisione eiusdem 335. Argidij Bellameri.*

Lata in contumaciam est interlocutoria, secus si obtrumen in contumacia.
Cap. XIV.

Sententia non ob crimen, sed propter contumaciam, lata inter locutoria dicitur, & potest quoad omniemque contumacia purgata, reuocari, pene, & multa in ea apposite reuocabiles sunt. Priuati beneficij ob contumaciam, seu ob non partitionem monutorij, irrevocabiliter non priuatur, nam quoad omniemque compareat, etiam post collationem alteri factam illa recuperat. Vbi quis propter homicidium in contumaciam priuatur, secus est, quoniam sententia diffinitiva est, quae irrevocabiliter priuatur, & ideo dispositio prohibens contumaciae abolitionem à crimine, audiventiam, vel appellacionem à sententia super crimine intelligitur, non autem super contumacia, quia odiosa, & restringenda est. Aliud est si propter crimen condemnatus est, Aliud si propter contumaciam.

Sententia. *Ex decisione eiusdem 68. parte 1. in Nguissimis Colla.*

Interlocutoria an sit ferenda citata parte.
Cap. XV.

Interlocutoria lata parte non vocata, valet, quoniam quo ad ordinem magis fertur contra ius partis, quae constituitur. Nec reperitur iure cautum, quod nulla existat. Quando vero de magna re agitur, cum causa cognitione ferenda est, quae sine partis citatione adhiberi non potest.

Interlocutoria. *Ex decisione eiusdem 91. Argidij Bellameri.*

Super receptione testium ad perpetuam rei memoriam est merè interlocutoria. Cap. XVI.

Nullam diffinitivae vim habere dicitur illa interlocutoria, quae testes ad futuram rei memoriam examinandos esse dicit, nam post se aliam sententiam expe-

ctat, & ideo iudicij officium non finitur, nihilque tangit quo ad causam principalem, aut aliquid dari, vel fieri à parte continet, et ideo mera interlocutoria dicitur est.

Nullam. *Ex decisione Rgis Genae, 27. Flamingi Carteri.*

Interlocutoria quando habet vim diffinitivae.
Cap. XVII.

Cum iudici à quo causa remittitur, propterea quia appellacionem non produxit, diffinitivae vim habet, quoniam officium iudicis expirat, ideo hanc interlocutoria reuocari non potest.

Cum iudici. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 202. Francisci Marci.*

Super compulsois executendis quando habet vim diffinitivae.
Cap. XVIII.

Super compulsois Curie Caboli, vel Sancti Marcellini contra tertios possessores lata sententia, per quam executionem ceptam super rebus pignore captis, perfici ordinatur, iuxta dici potest, quoniam aliquam diffinitivae partem continet. Cum contra tertios fertur clausula iustificativa a pponi consuevit, & ipsis comparantibus in vim simplicis citationis resoluntur, ita ut lite contestari opus sit, & tunc sententia subsequens, quae litem imponit, diffinitiva est, ideo verbosum appellari potest, sed ab illa, quae executionem perficiendam esse iubet, ideo inscriptis appellandum est, quia ad instar interlocutoriae exiit.

Super compulsois. *Ex decisione eiusdem 376. parte 1. Francisci Marci.*

De eodem. Cap. XIX.

Super interlocutionem causi principalis finitur, vt spote super exceptionibus preceptoris lata, diffinitivae vim habere dicitur, quod ut verum est, si amplius procedendum non esse pronuncietur, secus est, si exceptio non admittatur, quoniam grauamen in processu interponitur, quod in diffinitiva corrigi potest. Apud nos diffinitivae vim non habet, etiam si vnam causae substantialem partem definiat, ut est sententia, per quam minoris aetatis non existere pronuncietur, quia cum grauamen in sententia principalis causae corrigi possit, pro simplici interlocutoria habere consuevit. Quamvis de iure cõmuni recepti sit, quod diffinitivae vim habeat.

Si per interlocutionem. *Ex decisione Regni Lusitany 47. Aluari Valasibi.*

De eodem. Cap. XX.

Interlocutoria diffinitivae vim habens illa est, quae minus solemniter causam determinat, vbi igitur solemner verè diffinitiva est. Vn diffinitivae habes, quod ad merita diffinitiva est, quia post ea alia sententia non speratur, sed respectu solemnitate reie iudicariae interlocutoria dicitur, quia aliquando ante lites contestationem aliquando immediate post iudex interloquitur, sicut interlocutoria dicitur vni diffinitivae habens. Super restitutione ad appellandum pro interlocutoria vni diffinitivae habente, reparari potest, & pro grauamine irreparabili per diffinitivam, si litio ad appellandum restitui petenti Senus se opponat, & iudex pro affirmatiua pronunciet, hae quo ad personam Scii, diffinitivae vim habere non dicitur, quoniam adhue diffinitivam sperat, sed grauamen est irreparabile per diffinitivam, nam cã pendente, Scius sententiae executionem petere prohibetur, & si in diffinitiva obtinebit, adhuc grauamus dicitur, quia post labores multos, multaque expensas, ac tepus obtinuit, itaque grauamen irreparabile dicitur, licet ad huc sententiam speret: si vero iudex non restituit, Titius iustam appellandi causam habet, tanquam ab inter-

ab interlocutoria diffinitive vim habente, aliam enim sententiam Titius sperare non potest, si non relinquitur. Interlocutoria. *Ex decisione Palatii Apostolici Venetiarum* 13. parte 1. *Thoma Trinitiani.*

Interlocutoria quomodo reuideretur, & retrahatur. Cap. XXI.

EX eisdem actis interlocutoria a iudice ad quæ reuocanda est: sed ubi per eundem iudicem reuocari poterit, tunc etiam ex nouiter deducendis retractari poterit. Ea que de facto ipse iudex iuxta pretere debet non computantur. *Ex decisione Regni Neapolitani* 332. *Francisci Pini.*

De eodem. Cap. XXII.

Petitio reuisionis grauiter præsupponit, & ad instar appellacionis est: sed secundum eius naturam regulariter iudex a quo post interlocutoriam lata, appellacionem interpositam, adhuc iudex remanet, nisi a superiore a. h. bitum fuerit. si ipse appellacionem etiam nulliter interposita defendat, vtiliter se intrinsece non potest.

Petitio. *Ex decisione eiusdem* 239. *Francisci Pini.*

Interlocutoria executi quomodo possit reuocari. Cap. XXIII.

Quando res non est integra, vel interlocutoria executioni demandata est, iudex ipse reuocare non potest: Ex magna causa permittitur, sed casu se cognito adhibenda est, cum autem præcipitauerit fecerit, reuocare visum est.

Quodors. *Ex decisione Rota Florentinæ* 131. *Hieronymi Magoni.*

Super reuocatione attentatorum est interlocutoria irrevocabilis. Cap. XXIV.

Ista pronuntiatio, an entata reuocanda esse, interlocutoria est: & licet interlocutoria vim diffinitiuam habentes in rem iudicantur, tamen sententia super reuocatione attentatorum etiam quo ad iudicem in rem iudicatam transit, ita vt reuo: ari non possit.

Ista pronuntiatio. *Ex decisione Rotæ Romanæ* 31. *de appellationibus A. bullis de Graffis.*

Interlocutoria quoties reuocari possit. Cap. XXV.

Contrarium imperium bis competere visum est, si cut bis a diffinitua sententia appellari potest. Quod ipsa lata interlocutoria bis confirmata, vel reuocata fuerit, tunc nihil aliud super reuocatione tractari potest conclusum est.

Contrarium. *Ex decisione Regni Siciliae*, 23. *Garzia Masbrilli.*

Reuocatio interlocutoria: an & quando fiat ex nouis. Cap. XXVI.

Quando reuocatio interlocutoria per viam appellacionis postularur, ex eisdem actis tractanda est, sed ubi coram eodem iudice agitur, aut coram superiore per viam querelæ, tunc etiam ex nouiter deductis fieri potest obediens est: Si in eodem iudice lata fuerit, etiam nouæ causæ deduci possunt. Nam cum iudex pro absente non allegat, ipsi parti permittendum est: Cum causæ cognitio interlocutoriam non præcesserit, ex nouis deductis reuocari potest, Quando instrumenta de nouo producta comprobant causam in reuocato-

ne ab interlocutoria expressam, ex nouiter productis reuocari potest.

Quando reuocatio. *Ex decisione Rotæ Marchis*, 13. *Stephani Gratiani.*

Super reuocatione sententia an iudex citandus sit. Cap. XXVII.

Vbi de simplici reuocatione agitur, iudex citandus non est, ubi vero de i. c. na ipsi insurgenda, vel in interesse, atque expensis partis exfoluenda agitur, tunc ipsum citare opus est.

Vbi de simplici. *Ex decisione Camera Imperialis*, 82. parte 3. *Ioachimi Miffingerij.*

Sententia ex relatione peritorum an reuocari possit. Cap. XXVIII.

Sed an iudex, qui ex peritorum relatione pronuntiatus, etiam sententiam reuocare possit: & placuit potest, etiam si tempus ad appellandum concessum, lapsum fuerit: si sententia retractatur, quando falsis instrumentis iudicantis religio circumueta est, cur non a quibus quando talia relatione circumueta est, cuius veritate, & imperitia sola fretus iudex sententiam nullo.

Sed an iudex. *Ex decisione eiusdem* 35. parte 6. *Ioachimi Miffingerij.*

Cap. XXIX.

Interlocutoriam super remissione cause ad iudicem ecclesiasticum reuocari non posse plurimis additis votis conclusum est.

Interlocutoriam. *Ex decisione Consilij Neapolitani*, 144. *Antonij Capry.*

Interlocutoria executi reuocari potest. Cap. XXX.

Quia per executionem: scilicet iam ius patri acquisitum videtur, ideo nullis interlocutoriam in executionem reuocari nequaquam posse videbatur. Sed certe nisi reuocarem, ab eodem iudice in diffinitua reuocari posset, ergo iudex, qui de facto processit, ita etiam factum remouere potest: Cum per interlocutoriam succumbens, incurrunt reuocari potest, dici nequit, ius ex sententia procedens suspensum non fuisse, cum reuocatio in ipsi interlocutoria petita, quo ad eundem iudicem appellacionis vim habeat, sed nulli dubium est, sententiam per appellacionem suspendi, singulare que de præfenti non lata, ideo iudicis ad reuocandum potestas integra remanet, & ita in Regia Audientia reuocata fuit. Quando ex interlocutoria nulliter executioni demandata est, ius patri acquisitum esse minimè dici potest: præcipitatio velox iniquitate non caret.

Quia per executionem. *Ex decisione Regni Aragonum* 3. *Martini Monteri.*

SENTENTIA DIFFINITIVA.

Sententia subscriptionem de iure non requirit. Cap. I.

Sententia diffinitiva, de iure, iudicis subscriptionem non requirit, quoniam sufficit quod in scriptis lata fuerit, & per iudicem lecta.

Sententia diffinitiva. *Ex decisione Rotæ Romanæ* 139. parte 3. *Pauli Amilij Veralli.*

De subscriptione sententia Rotæ. Cap. II.

Si verò per Alterum ex Auditoribus Palatii lata fuerit, & per alterum subrogatum, in vim generalis commissionis subscribi posse, conclusum est.

Si verò.

Si verò. *Ex decisione eiusdem 23. parte 3. libro 1. in Nq. uissimis Fabij.*

Subscriptio sententiae an aliquo casu impediri possit. Cap. III.

IN processu per contraditas, post sententiae pronuntiationem, comparuit procurator rei, & ultra quòd appellauerat, ne sententia subsciberetur instabat, arren to quòd post causae commissionem super isto beneficio in Rotæ, actor vigore Eugennianæ causam corâ Auditore Cameræ traxerat, coram quo ille procurator cõ paruerat, principalemque suum defenderat, & cum nihil obtinere potuisset, quoniam possessionem probare non poterat, qua spoliatus se esse dicebat, ad Rotam rediit, si igitur procuratorem se esse nõ ignorabat, per cõ trarctas procedere nõ debebat: sed quia eius principa lis personæ alter ad comparandum in Rotæ, citatus fuerat, ideo domini mandarunt sententiam subscibendam esse, neque calumniosam, aut a tentata diei poste, cum alia, & diuersa causa erat, ab ea que coram Cameræ Au ditore pendebat.

In processu. *Ex decisione eiusdem 90. parte 3. libro 3. in Nq. uissimis. Fabij.*

De eodem. Cap. IV.

ALiquando preterit iurium post pronuntiatione sententiae prolixiorum cum subscriptionem inpediui posse conclusum est. Cum articulis calumniosis dampni, & super eisdem examinari testes instatur, quoad ad differendum sit, non impeditur.

Aliquando. *Ex decisione eiusdem 398. parte 3. Jacobi Putei, & decisione 24. parte 3. libro 3. in Nq. uissimis Fabij.*

Sententia Diffinitiva an possit ferri in ferijs.

Cap. V.

IN vacationibus Sacri Palatii sententia diffinitiva fer ri potest, si per causam, qua conclusum est, interlocu toria autem ferri non potest.

In vacationibus. *Ex decisione eiusdem 2. de ferijs in Antiquis.*

Contra possessorem post litem contestationem ferri potest. Cap. VI.

SI circa causae conclusionem iudici fides facta sit, & beneficium possideat, quamvis litem contestationis tempore non possideret, tamen contra ipsum sententia ferri potest, & ita unanimiter conclusum est.

Si circa. *Ex decisione eiusdem 7. dubio Thoma Fastoli.*

Sententiam non facit annoratio super processum, etiam in suorabilibus. Cap. VII.

ET si consensum sit, supra processum, quid inter iudices conclusi fuerit, annorare, & ita etiam in de cretorum libro, tamen quia postea ipsa conclusio in for mam decreti redigitur, cum omnium siue maioris iudicium partis subscriptione, si hæc forma seruata nõ ap pareat, actus corripitur, ita vt per sententiam liberatus dici non potest, pro ut ita annotatum fuerat. Neque index qui scriperat, in tertio, atque hinc præiudicium, ita decla rare potuit: Cum sententia dici non possit que infor miter scripta est, ipsa declaratio nouum ius causaret, atq; tanquam a præiudicio sententia lata nulla est.

Et si consuetum. *Ex decisione Consilij Neapolitani 185. Vincentij de Franchis.*

De eodem etiam in odiosis. Cap. VIII.

MVI. õ. r. agis, ubi de condemnatione agitur: Cum igitur sententia non exiit, sicut, vt feratur, pro curatur debet.

Multo magis. *Ex resolutione criminali 133. Petri Caballi.*

In dubio quomodo indicandum. Cap. IX.

IN factu dubio indicandum est, pro ut per alios in eo dem loco iudicatum fuit.

In factu. *Ex decisione Regiæ Spirensis 67. parte 1. Casspa ris Guglielmi.*

De eodem. Cap. X.

Vbi certam decisionem non habemus, in dubio se curandum regulam sententia dicenda est, quoniam regulæ in hærendum est, nõ obsecratur contrarium.

Vbi certam. *Ex decisione Regni Neapolitani 135. Fran cisci Oruij.*

Sententia pro ea parte ferri potest, pro qua probatum est. Cap. XI.

Cum actor plus petierit, quam probauerit, sententia in eo, quod probatum est, siue in actione reali, siue personali, ferri potest, sed ipse actor, quia plus petiit, in omnibus expensis condemnandus est tunc.

Cum actor. *Ex decisione Gratianopolitana 27. Guido nis Papa.*

Sententia valet pro parte non gabellabili, licet pro gabellabili sit nulla. Cap. XII.

Sententia & instantia respectu vnus capirul in diui dua sunt, ita vt pro parte valere nequeat, in separatim alit secus est, in quib. vtile p. inutile vitari nõ dicit. Lex gabellæ licet actum, & processum annullat, si illa exsolu ta non fuerit, tamen hoc procedit respectu actus gabellabilis, in quo que fundat, ad non gabellabilem au tem lex odiosa, & rigorosa, quæ penalis est, extendenda non est: Quamobrem sententiam respectu portionis non gabellabilis valere, certius est.

Sententia. *Ex decisione Regis Florentini 36. Hieronymi Magonii.*

Sententia quomodo formanda contra soluentem lite pedecore. Cap. XIII.

Quando lite pendente debitor soluit, tunc sententia non diffinitiuè concipienda est, ab imperitis ab soluendum fore, sed à iudicij obseruatione, causâ adie cta, quia soluit. Erit autem interlocutoria diffinitiuè vim habens, atque ex penarum condemnationem feci trahens, quoniam solvens, lite pendente, pro condẽ nato habetur, non minus quam liti cedens pro victo ha berendus est, quamuis proprie succum debet non dicatur.

Quando lite. *Ex decisione eiusdem 114. Hieronymi Magonii.*

Sententia quid continere debeat. Cap. XIV.

AVt abolitionem, aut condemnationem, aut quid æqui pollens diffinitiuè sententia continere debet, quando alterum istorum deficit, sed oratio truncata di cta est, non valet.

Aut absolutioem. *Ex decisione Parlamenti Delp hinalis 388. parte 1. Francisci Marci.*

Cap. XV.

Cum in sententia in parte duntaxat condemnauit, in cætera absoluit dicitur.

Cum in sententia. *Ex decisione eiusdem 745. parte 2. Francisci Marci.*

Sententia ex quorum voto numero ferenda est. Cap. XVI.

IN senatibus, atque in Rotis Italiae ex numero, nõ au tem ex pondere iudicari consuevit, quod in i. com. m. u. u.

rum consonat, itaque si ex quindecim votis, octo ex iunioribus in unum conueniant sententiam, & septem ex senioribus in alteram, sententia ioculorum uniuersorum vota ferenda est, quia in vno uoto excedit, quamuis pro iunioribus praesumatur. Quod si senatorum numerus par reddiderit, illam qui Senatui praesert, iuxta plurimam uotam, iuxta debere dare uidebatur, sed contrarium resolutum est, quoniam iuniorum non aliorum conscientiam sequi debet, nisi illa auctoritate, atque optimis adiutorum rationibus alios ad se uotum sententiam trahere possit. Sed quid si pauciorum numerus aequalis reddatur, tunc sententia ferri non potest, sed antequam iustitia formula pronuntiationis cum illis notis. N. Laid est, Non Liquere, utendum est: sed de iure notis. i. Senatus, pro illo sententia feratur, cum quo Praesert conuenit, & ita sepius iudicatum est.

In senatibus. *Ex decisione Senatus Pedemontani t. Antonini Tassani, et decisionibus Parliamenti Delphinatis 692. parte 1. Francisci Marci, & resolutione criminali 119. Petri Caballi.*

Cui sententia standum sit, Curiae, vel adiutorum, si pares fuerint. Cap. XVII.

Quando Curiae, aut alteri iudici ordinario indices delegati per principem ex aliqua causa adiuncti sunt, si sententias contrarias, aut diuersas ipsos proferre contingat, & qua ipsarum sententiarum praualeat, dubitetur, Ad superiorum Principem delegantem recurrendum esse, certum est.

Quando Curiae. *Ex decisionibus Parliamenti Delphinatis 295. & 296. parte 2. Francisci Marci.*

Qualis sententia praualeat an plurium inquisitorum an Episcopi solius an neutrius. Cap. XVIII.

Si duo, pluresue Inquisitores in aliqua diocesi deputentur, & sententias contrarias cum diocesano ferre contingat, maiori Inquisitorum numero standum non est, quoniam tanquam unum corpus, & separatum ueniunt, pro sua uoce, & opinione reputantur, propterea ad Papam recurrendum est.

Si duo. *Ex decisione eiusdem 297. parte 2. Francisci Marci.*

Sententia an sit ferenda, pro ut in similibus ferri consuevit in loco. Cap. XIX.

In causis iudicandis sententiarum super similibus ratarum in Senatu considerationem habendam esse, uisum est, quamuis exemplis iudicandum non sit, tamen sententia Senatus reuerenter in decisione similibus obseruanda sunt. In ambiguitatibus, quae ex legibus, p. ficiuntur, consuetudinem, aut rem perpetuam similitudine iudicatarum auctoritatem uim legis obtinere debere certum est, ergo in causis iudicandis id sequi debet, quod in regione, in qua id actum est, frequenter.

In causis. *Ex decisione Senatus Lusitanici 228. Antonii Gama.*

Sententia an proferri possit etiam iuxta non petita. Cap. XX.

Si proceditur Summarie, etiam iuxta non petita per partem agentem, sententia ferri potest, & hoc licet una causa deducta fuerit, & altera ex prosequitis probata: Immo etiam in plenariis iudiciis actio inepte expressa non vitiat, si ex alia ius competat, Quocumque iure quis agit, admodum petita debeat, bene agit.

Si proceditur. *Ex decisione Regis Romani 126. parte 3. Pauli & Emily Veralli.*

Verba sententiae quomodo interpretantur. Cap. XXI.

Cum in libello tertiam tantum causam partem petierit, & ita in articulis posuit, tunc petendo executionem trium super hoc latarum sententiarum pro rata, non ideo totum intelligendum est, ex quo ipse solus venire debeat, & alio non dato, qui ad fideicommissum aspirare possit, in totum accipiendum est: Quia sententia secundum libellum intelligenda est. Item est stricti iuris, & nunquam appellatione partis totum venire potest. Ad citandum absurdum aliquando sententiae uerba impropriantur, sed non ut latius intelligantur, nec unquam impropositum accipienda sunt, sed quod uerbum pro rata, quod partem denotet, totum comprehendat, & iuri, & pronuntiationi menti contrarium est.

Cum in libello. *Ex decisione eiusdem 6 de re iudicata Martini Crescentii.*

Sententia debet esse conformis libello, & quando fallit. Cap. XXII.

Super alio sententia ferri non debet, quam super eo, quod petitum est, Nisi recessitas aliud suaderet, clausula ius, & iustitiam ministrari, in fine libelli apponitur consuecit, ex narratis, atque probatis sententia sequi potest, quae sub illa clausula continentur.

Super alio. *Ex decisione Regni Neapolitani 315. Francisci Vini.*

De eodem. Cap. XXIII.

Etiam si nouo iure disponatur, quod iudex sola facti ueritate inspecta reum conueniunt condemnare possit, non tamen ad rem diuersae speciei non petitam manus extendere conuenit, nam si equus petatur, super bone pronuntiare non potest, ubi autem error, siue diuersitas in causa existit, potest, ut si petatur centum ex causa mutui, atque probentur ex causa depositi. Vbi quae ex probatis, atque deductis iudici constat, ex officio, pro ad hoc supplere potest, quia probatio notoria inducit, sed super notorio iudici supplere permittitur est. Vbi agens pro decem, sententiam reportat in quinque, in expensis omnibus condemnandus est.

Etiamsi nouo. *Ex decisione eiusdem 340. Francisci Vini.*

Sententia super non petitis a quo, & quando ferri possit. Cap. XXIV.

Repetita, iudex ordinarius reum contentum ad partem condemnare non potest, sed Princeps siue ipsius consistorium potest. Idem si noua lege causi sit, ut iudex sola facti ueritate inspecta procedere possit, & multo magis, si rei ipsius uenditio post litem contestatam facta fuerit, nam magna est iudicis auctoritas in ius, quae post litem contestatam emergunt, sententia autem super petitis ferenda est, aut super eisdem acquipollentibus. Aduersus sententiam Principis nullitas de iure positio procedens, deduci non potest.

Repetita. *Ex decisione Consilij Neapolitani 19. Thomae Grammatici.*

De eodem. Cap. XXV.

Super eo, quod ex natura, & aptitudine intentata actio uenit sententia lata ualet, quoniam tacite petitionis in esse creditur, sed quando res reddi non potest, quia uendita, vel perempta est, premissi in est petitioni, et ergo supra eo ferri potest. Ad euitandum circumsententia super notorio ferri potest, licet petitum non fuerit. Iudex ex actis, etiam parte non petente supplere.

Super eo. *Ex decisione Fori Finizani 19. parte 1. Borguini Causaleani.*

In cri-

In criminalibus sententiæ Præficti Prætorio duæ esse debent, vt executioni demandentur.
Cap. XXVI.

Sententia Præficti Prætorio in casu criminali lata, executioni non demandatur, si excoquo irretractabilis, & irreuocabilis est, Nisi duæ conformes extiterint, licet ad tres conformes condemnatus non moriatur, tamen seruata retractari non possunt, & multa mala tribuimus accidunt, ex quibus mori possit. Item aliqua notatur infamia: & propterea cum aliis Regia prouiso facta esset, vt ad tres conformes condemnatus, appellatio pendente transmittatur, nunquam transitu perit, is qui grauiam nobilitatem præterito prætendebat. Etiam tres conformes impedi confecerunt, quando de nullitate dictum est, atque executio irretractabilis est.

Sententia Præficti. *Ex decisione consilii Napolitani, 139. Pincettii de Franbis.*

Sententia absolutoria in criminalibus an & quando pariat rem iudicatam. Cap. XXVII.

De eiusdem hominis delicto sepius querendū non est, ideo semel absolutus iterum molestari nō potest, siue per viam accusationis, siue inquisitionis, quocumque iure inspecto, processum fuerit. Quando tanq̄ innocens absolutus est, exceptio nem rei iudicate competere, certum est. Sed quid si ob probationum defectū absolutus esset, vt quia puribus in processu repertus non fuerit. Illa absolutoria, quæ probatum non fuit, diffinitiva dicitur, & in rem iudicatam transit, atque iterū contra absolutum agi, impedit etiam si noua indicia superueniant, & ideo alcuni prouisiones factæ sunt, vt iterum agi possit. Quid, nisi aliud expressum sit, ita intelligendum esse, placuit, si per viam inquisitionis actum fuerit, & ob probationis defectum, absolutio lata fuerit. Quamobrem in multis locis absoluti consuevit, ab iustitia, aut iudicii obseruatione, aut ex deductione in processu, siue alio non eodē, vel non apparente, & licet hæc interlocutoria diffinitivæ vim habeat, tamē effectū cōsiderato interlocutoria est, quoniam ex nouis iuribus eorū eodē iudice reo deri, atque reparari potest.

De eiusdem. *Ex decisione criminali 93. Petri Caballi.*
Cap. XXVIII.

Absolutoria sententia executionem secum trahit, & absolutio paratur exceptio.
Absolutoria. *Ex decisione Rotæ Spirensis 136. parte. 1. Gasparis Guglielmi.*

Cap. XXIX.

Quando in diuerso iudicio, & inter diuersas personas agitur, sententia super collationis criminæ ab absolutoria, tertio non nocet.

Quando in diuerso. *Ex decisione Rotæ Romanae 122. parte 3. Pauli Aemilii Ursuli. Et decisione Parlamenti Delphinatis, 238. parte. 1. Francisci Marci.*

Absolutoria super petitorio quando non absorbet aliam in possessorio. Cap. XXX.

Super petitorio sententia etiam absolutoria lata, licet aliam sententiam, siue rem iudicatam contrariam super possessorio absorbere videatur, Tamen hoc procedere conclusum est, quando propter probationes do miniū, per obtinendam factus absolutoria feruit, locus esse, quando ad actum nulla probatio facta fuerit.

Super petitorio. *Ex decisione eiusdem 21. de re iudicata Marcelli Crescenii.*

Absolutoria data reo intruso, non prodest super. 10 in eodem beneficio. Cap. XXXI.

Si beneficium petens, & de iure ius probans, intrusus absoluti permittat, nec appellet, illo intruso contra pariter intrusum, & interrogatum, agere potest, quoniam reus diuersa persona est, quæ si iuribus causam non habet. Ita que rei iudicæ exceptio inuani non potest. Absolutio ab impetitione siue ob libelli ineptitudinem siue ob alias causas fieri potest: si sententia contra primum lata esset, alibi secundo nocere non potest, ergo nec quæ proficere debet, quoniam illud non est, non autē ecclesiæ actum fuit. Magna æquitas si adit, ne actor, de cuius iure constat, beneficium perdat, quod intra usus in debite teneat, Sententia in causâ beneficiæ respectu superioris in rem iudicatam non transit. Etiam inter eandem personas, vbi vno modo actum est, & reus absolutus, si postea de eodem re, & materia alio in odio agatur, absolutio nihil nocet, præsertim cum super facto minime pronuncietur, sed super iure. Vbi autem a actori perpetuum silentium impositum esset, aliter dicenti est. Si beneficium. *Ex decisione Rotæ Romanæ 17. de re iudicata in Antiquis.*

Absolutoria an, & quando sit danda actori, & possessori. Cap. XXXII.

Actori, & possessori aliquando absolutoria dari nō potest, nisi citatis interesse putantibus, quoniam ordinarius mortuus erat, & si uiueret, forsā de aduersarij iure non constaret. Regulariter actori, & possessori, qui causam super molestis commisit, absolutoriam dari consuevit, sed a molestis de facto sibi illatis forsitan dari non potest.

Actori. *Ex decisione eiusdem 872. parte 3. libro 3. in Notissimis Theolomai.*

Sententia pro mortuo in beneficiis libere non tenet. Cap. XXXIII.

In causâ beneficiæ sententia pro mortuo lata non tenet, etiam mortis ignorantia data, sicut in cæteris, Nam cum de beneficii titulo agatur, quamuis lis contestata sit, mandatum ex pirat.

In causâ. *Ex decisione eiusdem 186. parte 2. Incobi Putei.*

De eodem. Cap. XXXIV.

Nec in saeuore mortui sententia lata valet, Nisi libertatis fauore, & pro Ecclesiæ utilitate, quoniam regula inter priuatos beneficiorum procedit, & cum ad particularem utilitatem agunt.

Nec in saeuorem. *Ex decisione eiusdem 140. parte 3. Pauli Aemilii Ursuli.*

Sententia contra vnum ex aduersariis mortuum, quando valet. Cap. XXXV.

Quando duo aduersarij in actis sunt, & contra unum processum est, illo mortuo, licet sententia minime valere videatur, citatis in genere interesse putantibus, cum certus contraditor in actis existens, citandus videatur, Tamen cum liberum sit, contra vnum, alio dimisso pcedere, illo defuncto, quo ad prosequentiē contra ius, personamque illius, per generalem citationem interesse putantium procedi potest, cum in iure, & persona defuncti, alter aduersarius in actis dimissus, certus contra aditorem non dicatur.

Quand. *Ex decisione eiusdem 13. de re iudicata, Marcelli Crescenii.*

Sententia in beneficiis quomodo ferenda actori mortuo. Cap. XXXVI.

Actori mortuo, reus eius intentionem consecutus est, quoniam ab eius petitione liberatus est, sed

lis finita

Is finita diei non potest, nisi sententia interveniat, ergo, & illam obtinere poterit citatis intercesse putantibus.
 Actore. *Ex decisione eiusdem 1 de re iudicata Guglielmi Cassadori.*

Sententia contra mortuum lata non tenet.
 Cap. XXXVII.

EX tribus personis iudicium constare dicitur, Ideo sententia contra rem lata non tenet, quoniam iudicium essentia deficit, & quasi contractus esse non potest si vitiosa persona deficit. In hæredes iudicium transferendum est, & postea eisdem actis ad sententiam procedendum.
Ex tribus. Ex decisione consilii Neapolitani 245. Vincentii de Francis.

Cap. XXXVIII.

IN certis casibus sententiam delicti declaratoriam, etiam post rei mortem ferri posse certum est, vt in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & similibus, poenali tamen autem damnari non potest, quoniam tunc solus Deus iudex est.

In certis. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 775. p. 1. Francisci Marci.*

Sententia quando ferri possit cum domino in absentia procuratoris. Cap. XXXIX.

IN absentia procuratoris, etiam Domini litis effecti, iuramenta cum domino ferri potest: si dominus ea peragat, quæ litis decisionem vel causæ peremptionem concernant, sicut est sententia diffinitiva, valent si verò ea quæ litis ordinem respiciunt, etiam procurator dominus litis factus requirendus est.

In absentia. *Ex decisione Cappella Theolozena 102. Ioannis Corserii.*

Sententia in cuius persona sit concipienda.
 Cap. XL.

IN procuratoris persona sententia concipienda est, sed ad curandas controuersias, & procurator, & dominus condemnari consueverunt. In Curia Gratianopolitana, sicut de iure canonico, non curatur in cuius persona sententia concepta fuerit, Nam vt plurimum in dominum concipitur, etiam si nunquam in iudicio inter fuerit.

In procuratoris. *Ex decisione Gratianopolitana 432. Guidonis Papa, & decisione 86. eiusdem.*

De eodem. Cap. XLI.

Quia initium obligationis ex procuratoris persona sumitur, & cum eo in iudicio quasi contrahitur, ipsæque per litis contestationem dominus litis efficitur, propterea sententiæ verba in eius persona concipienda sunt. Sed in Camera indistinctè in persona domini sententiæ contempnuntur, siue dominus in initio litis comparuerit, itemque contestatus fuerit, siue nunquam in iudicio præsens fuerit. In causis autem iniuriarum, ad euandam in famiam, pro iudicis arbitrio ex qualitate, atque atrocitate ipsarum, repositum est, an in procuratores ferri debeat.

Quia initium. *Ex decisionibus Camera Imperialis 111. parte 1. Andreæ Gaill. & 11. parte 6. Joachimi Misyngery.*

Sententia in poena pecuniaria quomodo ferenda contra mortuum. Cap. XLII.

Inscripsum crimine, de quo confessus, vel comiatus poena pecuniaria condemnandus erat, ante sententiam prolarum perierit, quæ situm est, an in personam procuratoris domini litis facti, vel hæredum vocatorum sententia ferri possit, & pro parte affirmatiua crebriori

doctonum calculo receptum est, atque ita iudicari solentur censuit.

Inscripsum. *Ex decisione Senatus Pedemontani 149. Ottaviani Caccberari.*

Sententia cum procuratore lata tenet si de eius mandato postea docentur. Cap. XLIII.

Sed quid si de mandato, tempore prolationis sententiæ non constabat? Vbi de ipso post latam sententiæ fides facta fuerit, sententia sustinetur. Quoniam expeditum est, si de mandato à iudice, vel à parte oppositum non fuerit, quodnecumque producti possit: Forus autem intelligitur cum nullum mandatum habuisset, & tunc post sententiæ ratihabitionem locus non est.

Sed quid. *Ex decisione Regni Aragonum 40. Martini Monteti.*

In sententia minor summa non inest in maiori.
 Cap. XLIV.

Quando sententia vnam summam continet, si non valet in toto, nec in parte valere potest, quia indiuia est, & in maiori summa minor inesse non dicitur. In vnicæ petitionis, & vnicæ sententiæ omnis summa continetur, aut igitur in totum valere debet, aut in totum esse nulla. Regulariter tot stipulationes esse dicuntur, quot sunt res, sed quando pecuniam quis, & in conspectu est, aut accrum pecunia singularatur, vna ipsa stipulatio est, sic & in legati stipulatione quando vnum esse constat, licet plura corpora sint, Quando vnum tantum est corpus, plura videri non possunt.

Quando sententia. *Ex decisione Rota Romana 323. parte 1. Jacobi Patrici, & decisione 204. parte 2. in Nouissimis Robulæri, & decisione 231. parte 2. in Nouissimis Bubali, & decisione consilii Neapolitani 356. Vincentii de Francis & resolutione criminali, 159. Petri Caballi.*

Sententia in spolio exequenda, etiam si consistet de tituli iniustitia. Cap. XLV.

IN possessorio recuperanda sententia in prophanis lata executioni demandanda est, quantum ex iuribus nouiter productis de nulli iniuriata apparet, quoniam in prophanis oculis necessarius non est, & contra spolia num restimendum defectus proprietatis etiam incoincidenti probandus non admittitur.

In possessorio. *Ex decisionibus Rote Romane 144. p. 3. Pauli Aemilij Veralli.*

Sententiæ contra usufructuarium non sunt exequenda inuito proprietario non citato.
 Cap. XLVI.

Cum tres sententiæ cõtra usufructuarium late essent, quarum vni executionem obtinere, vincens cautionem præstare obtulit, conclusum est proprietarium impedire posse, quoniam similiter possidet atque ipsi præiudicium parabat, cuius interest, vt apud vnum fructuarium res remaneat, propter consolidationem quam sperat, & quia faciliorem executionem contra illum habere potest. Quando tertius se opponens, possidet, illa cautio locus non habet. Etiam si uterque vtriusque que notitiam habuerit, magis actori imputandum est, qui proprietarium non citauerit, quam scienti causam super se sua agi, quoniam de damno uitando, & de iure suo conferendo tractat.

Cum tres. *Ex decisione eiusdem 8. de re iudicata Achilii de Grassi.*

Cap. XLVII.

Quæ per contradictas contra citatum per edictum lata est, si in rem iudicatum per transfuere, dummodo

modo à die notitiæ appellacionem interposuerit, executioni mittenda non est.

Quæ per contradiclas. *Ex decisione eiusdem 9. De re iudicata Achillis de Grassis.*

Sententia contra præceptores lata exequenda non obstante impedimento magistri.

Cap. XLVIII.

Ipsi præceptores sunt procuratores, atque Ecclesiarum legitimæ defensores, propter administrationem, etiã si in dignitate constituti non fuerint. Quamobrem sententia contra ipsos lata, quæ in rem iudicatam transiuerit, executioni mittenda est: sed ipsa Religio Hierosolymitana per viam restitutionis in integrum venire potest.

Ipsi præceptores. *Ex decisione eiusdem 11. De re iudicata Achillis de Grassis.*

Sententia Senatus habet executionem patatam.

Cap. XLIX.

Senatus sententia patatam executionem habet, propter speciale privilegium, quoniam rursus petita fuerit, habet enim Prædicti Prætoris sententiam vim, & ideo ex quocumque votorum numero data fuerit, præstita cautione, de restituendo in casu retractationis exequenda est.

Senatus. *Ex decisione Senatus Pedemontani 2. Antonini Thessauri.*

Sententia solum instrumentum post 30. annos exequendum non est. Cap. L.

NVlla executio sibi sententia instrumento, post triginta annos super interdico vti possidetis lata contra hæredem tu. bantis dari potest, quoniam notarius de lectura ipsius rogatus fuit, de tenore verò rogatus non fuit, Neque ipse iudex libelli tenorem, diesque actonum gestonum legit, prout ex cõsuetis argui licet, & ita instrumentum sententiaë originalem ipsius tenorem probare non potest. Solemnitas extrinseca ex temporis duratione non præsumitur, quando pars interuenisse negat, Vbi autem de tertij præiudicio agitur, sola præsumptio non sufficit, sed plena probatio necessaria est. Quamobrem hæres absoluitur est.

Nulla executio. *Ex decisione Consilij Neapolitani 145. Marchai de Assubis.*

Sententia contra defunctum super interdico vti possidetis non est exequenda contra hæredem.

Cap. LI.

Quæ sententia contra defunctum super interdico vti possidetis lata est, contra hæredem executioni nõ demandatur, quoniam alia possessio defuncti existit, alia hæresis: Possibile enim est, quod hæres neque vi, neque clam, vel precario à petente, siue actore possideat, & ita pluries in Consilio iudicauimus. Super hoc interdico factum hæresis diuersum censetur à factu defuncti, & licet iniunctum sit, tamen eadem sententia contra defunctum lata, compescendum non est. Quid si non appareat hæredem aliunde possessionem quam ab ipsa hereditate habuisse? Quid si defunctus ab illa sententia appellauerit, & hodie hæres appellationem prosecuatur? Quid si super executione diuis habita fuerit, & ipse hæres nihil produxit, vel de nouo iure suo dixit? His concurrentibus hæresis malitij indulgendum non est, conclusum fuit, sed ad expeditionem causæ ex eisdem actis iterum producendum esse.

Quæ sententia. *Ex decisione eiusdem 159. Vincentij de Francis, & decisione 1. Antonij Cap. ij.*

Sententia quando exequenda contra tertium.

Cap. LII.

CVm tertius super executione sententiaë faciendæ citatus, tanquam legitimus contradiclor admittus fuerit, & quia nihil de iure suo docuit per nouam sententiam succubuerit. Cur postea illa prima exequenda non sit, nullam aliam rationem adduci possit conclusum est.

Cum tertius. *Ex decisione Rotæ Lucensis 56. Iosephi Ludouici.*

Cap. LIII.

Sententia condemnans defunctum de hæresi, defunctis suis non citatis non nocet, & ita conclusum est.

Sententia. *Ex decisione Rotæ Romanae 2. parte 2. Iacobi Patei.*

Sententia lata contra vnum non nocet alteri non citato, quamuis appellauerit. Cap. LIV.

CVtra Blasium sententia lata, Vincencio ad audientiam non citato, nequaquam nocet, quamuis appellauerit, sed proferit non fuerit, quoniam, nullitatis, attentatorum, & appellacionis causam commisit, quatenus opus sit, ita vt appellatio conditionalis extiterit, & cum in sententia citatus non fuerit, nocere non potest.

Contra Blasium. *Ex decisione eiusdem 118. parte 5. Pauli Emiliij Veralli.*

Sententia contra administratores hospitalis, cur non præiudicat hospitali. Cap. LV.

ITA etiam contra administratores hospitalis citatos vti hæreses Archiepiscopi, & tanquam detentores decimarum hospitalis, non nocet, quoniam nunquam hoc iure in executione citationis citari fuerit, quando autem ad aliquem actum proceditur, si aliter ille actus geratur, quam in citatione dictum fuerit, citatum non ardet. Et quamuis administratores sint, & comparuerint, tamen hi ad vnum diuersæ causæ pertineant, & ad vnum tantum citentur, atque compareant, super alia responderi non tenentur, quia licet comparuerit; Nihilominus deliberatum non venit, quamobrem alia citatione opus est.

Ita etiam. *Ex decisione eiusdem 123. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.*

Sententia contra hæredem, quando noceat fideicommissario. Cap. LVI.

CVtra hæredem sententia lata, fideicommissario, sicut citatione generali non citato, præiudicium non facit, particulari autem citatione opus non est, licet in se valida fuerit. Substitutus directò pupillarij, minus ius habet, quam fideicommissarius, illius enim est hæres, cui substitutus est.

Contra hæredem. *Ex decisione eiusdem 3. De re iudicata Achillis de Grassis, & decisione 91. parte 3. Jacobi Patei.*

Sententia super possessione, quomodo noceat tertio scienti. Cap. LVII.

SVper possessione sententia lata tertio scienti præiudicium facit, quãrum ad hoc, vt executionem, quæ contra tertium fieri deberet, impeditur non possit, vel de possessione vacante: At si ille tertius sciens possideret, locus est, quoniam possessione sua non fruatur. Et ita conclusum est.

Super possessione. *Ex decisione eiusdem 6. De re iudicata Achillis de Grassis.*

R. Sca.

Sententia lata contra proprietarium non preiudicat usufructuario ignorantibus. Cap. LVIII.

Contra proprietarium autem lata, usufructuatio ignorantibus nullam parat preiudicium. Iura feudalia ad aliam materiam extendenda non sunt, quando certam in iure dispositionem habemus. Et ita post longam disputationem conclusum est. Vbi autem scientia probaretur fecus est.

Contra proprietarium. Ex decisione eiusdem 10 de re iudicata *Achilles de Grassis*, & decisione 136 parte 3. *Jacobus Puteus*, & decisione *Parlamenti Delphinialis* 878. parte 1. *Franciscus Marti*.

Sententia non nocet conditori non citato. Cap. LIX.

Tres conformes in petitione contra Joannem lane erant, Gaspar autem in ius loannis per viam coadiutorie succedat, propter quam ius suum habebat, et go iudicium est dicere ob illas sententias in iudicio, & non citati iudicium esse: Porro enim Joannes qui coadiutorie concesserat, poenituit, atque sententias contra se ferri permisisse, ita colludente cum aduersario. Propter ea non nō audiendum esse, conclusum fuit.

Tres conformes. Ex decisione eiusdem 221. par. 3. lib. 2. in *Nouissimis Fabis*.

Sententia, an & quando mandetur executioni contra fideiussorem. Cap. LX.

Sed utrum sententia contra principalem lata, contra fideiussorem executioni demandari possit? Si de iudicio solvendo cauit, nouus processus necessarius nō est. nec contra fideiussorem contrahens, qui in illo iudicio citatus non est, nouo processu opus est.

Sed utrum. Ex decisione *Camera Imperialis* 96. parte 4. *Ioachim Misogonus*, & decis. *Parlamenti Delphinialis* 512. par. 1. *Franciscus Marti*.

An sententia contra vassallum super re feudali noceat fideiussoribus. Cap. LXI.

Cum in Populus alpes feudales esse nō probauerit, sententia lata fideiussoribus agnatis, ad quos feudum autem, quam transire debet, nullo modo nocet. Nisi citati fuerint, vel cum illo causam agitari sciuerit, tūc enim iure, si iussent, nō concluderetur, suaque probationes adduxissent. Nec debuit per agnatum defunctum forte colludentem, vel probationes facere negligentem, iniqua conditio fideiussoribus inferri, atque eorum ius laedi, vel minus, siue in totum tolli. Ita demum sententia super re prohibita alienari illi nocet, ad quem transferenda est, vbi sciuerit, & taceat; At si item ignorauerit, quam primum notitiam habet, appellare potest, sententia ipsi ab initio valet, quādo in consequentiam praetendentes inuereffe citati non fuerint, sed preiudicium reparabile est. Agnati non secundario, sed aequo principaliter interesse praesentunt. Licet eō sententia eidem non citatis nocere non debet. Nec agnati ex defuncti persona succedunt, sed ex propria, nimirum tanquam in inuestitura vocati, ideo nil mirum si sententia contra defunctum lata ipsi nullo modo nocet.

Cum Populus. Ex decisione *Senatus Predemontani* 157. *Officium Cascherani*.

Sententia condemnans venditorem, quando etiam intelligatur condemnare emptorem. Cap. LXII.

Illud includit sententia, quod necessārio praesupponendum est, quia refertur ad casum, qui ex adis colligitur. Cum iugiter Senatus super remedio rescindendę venditori condemnauerit ad solvendū emptori pre-

tium infra mensem, alias emptio firma remaneat, si diceremus eandem sententiam emptorem conuenienter pariter nō condemnare ad praedictam restitutionem, contra petita, atque prosequuta lata esset, atque ipsi sententia elatio redderetur. Ea quae in necessarium consequentiam veniunt, ne resiliat iniquitas, atque absurdū, tacite subintelliguntur.

Illud. Ex decisione eiusdem 63. *Officium Cascherani*.

Sententia in homines castri nocet successores. Cap. LXIII.

Populus Modenna antiquum representat, & ita successores viuentes, praedecessores defunctos in populo ostendunt; Quamobrem sententiam contra aliquos castri habitatores, post centum annos latam contra successores homines in eodem castro, ad instantiam noui domini exequi posse conuulsum est.

Populus. Ex decisione *Cratiopolitana* 280. *Guidonis Papa*.

Sententia in populis ad iombus nocet etiam non vocatis. Cap. LXIV.

Vbi coacta de legitima pedagū inflintione, sententia pro domino, siue ex auctore pedagū cōtra mercatores, vel mulieres lata, ab his qui partem in causa non fecerunt, preiudicium facit, quoniam respectu popularis actionis lata est; & ideo nisi appareat fuisse collusionem, iure omnes pertranscunt ius laei.

Vbi constat. Ex decisione eiusdem 549. *Guidonis Papa*.

Sententia ad fauorem conductoris, an profit locatori. Cap. LXV.

Angelus conductor fructuum monasterij, cuius commendatarius erat Simon a fratribus spoliatus, causam spoliati sui, quā Simon nomine conuulsi, & cum sententiam obtinuerit, ac mortuus esset, dubitabat, utrum ad fauorem Simonis exequenda esset: Rota autem de iuris rigore negativē cōcludit, quoniam licet Simon in sententia nominatus fuisset, non tamen in iudicio extitit, nec in causa aliquis eius nomine comparuit, nec aliqui termini seruati iurati, nec ipse sententiam petiit, mentio autem secundario, & accessorie de eo facta est, atque ad ipsius Angeli restitutum commodum. Simoni quidem sententia prouecti possit, si isti fratres spoliatores cōtra eundem su per possessione, vel fructibus agece velent, nam rei iudicatae exceptionem opponere possent, quod extendendum nō est, vt ad instantiam ipsius in sententia non nominati principaliter, sententia executioni demandetur. Virtus quidem sententiae diffunditur, sed actio ex ipsa prius paliter non nominato non conceditur. Sed cum Simō postea commissionem obtinuerit, in qua ad illum rei iudicatae prosecutionem admittens fuerat, cuius vigore cum procuratore fratrum per tres sententias super fructuum liquidatione disceptatum fuit; Ideo Rota processum pro parte ipsius sustinuit, atque sententiam ad Simonem instantiam executioni demandandam esse iudicauit.

Angelus. Ex decis. *Rota Romana* 12. par. 1. *Io. Putei*.

Sententia super statu beneficii, quando ius faciat quō ad alios. Cap. LXVI.

Ad hoc, vt sententia super statu beneficii quō ad alios etiam ius faciat, vt is, cuius principaliter interest, citatus fuerit, necessarium non est, cum autem principale interesse cōcernat Episcopum, ad quem ius honoris transferendi beneficia pertinet, sententia super eorum tronsata, & sic super tenuitate beneficii, ipso nō citato, quō ad alios nullum ius facit.

Ad hoc. Ex decisione eiusdem 8. *De re iudicata Ioannis Albedani*.

Sententia condemnans qui non possidet, eedere non tenetur, sed parere. Cap. LXVII.

IS, qui super canonizatione tinali commendæ successit, cum impositione perpetui silentii, sub eo præterito declarandus non est, quod iuri suo eedere debeat, quoniam ad eedendum condemnatus non existit, & cū ipse non possidet, sententia tantum parere debet.

Is qui. *Ex decisione eiusdem q. de reudicentia Joannis Aboedani.*

Sententia lata ad sanorem vniús appellantis an pro sit alijs, qui non appellarent.

Cap. LXVIII.

VT appellatio vnus alteri profit, opus est, quòd iure communi iuratur, idem negotium existat, eademque defensionis causa, atque iuri suo eedere debeat, quoniam ad eedendum condemnatus non existit, & cū ipse non possidet, sententia tantum parere debet.

V: appellatio. *Ex decisione Rota Marchia 142. Stephani Gratiani.*

Sententia nouæ prouisionis canonizatoria an sit prima, vel tertia. Cap. LXIX.

PER duas sententias præsentatio canonizata erat, & quia in tertia instantia processus de partibus productus fuerat, in quo de bono ipsius iure apparebat, ideo ambas confirmari petebatur, & propterea dubitabatur, vtrum sententia canonizatoria nouæ prouisionis esset prima, vel tertia, & conclusum fuit, quòd prima, quoniam ipsa noua prouisio canonizanda erat, itaque de nouo iure agebatur, ergo sententia prima, non autem tertia dicenda est, si super eodem iure danda esset, tertia de cetero esset, idem si illud nouum ius com primo implicatum esset.

Per duas. *Ex decisione Rota Romana 292. parte 1. Iacobini Patei.*

Sententia lata in tertia instantia cum uno, quando sit etiam tertia cum alio.

Cap. LXX.

QUÆ contra Dominicum in tertia instantia lata est, pariter tertia respectu Sempromi dicenda est, qui vtro iuo interesse admissus fuit, vigore commissionis instantiæ, ac terminis, in quibus cā reperiebatur, dammodo termini substantiales in hac tertia instantia seruati fuerint. Nec aliquid operatur clausula, quā & quas, quā Sempromius eadē vñs nō est, cū citatione ad dicendum cōtra commissionem non fecerit, nec ad libellandum, neque alios substantiales, pro ut prima seruauerit. Quare cum semel facta sit intentio declarauerit, variare nō licet. Declaratio non nisi usque ad sententiam admittenda est. Vbi termini obseruati essent, pro ut in prima, aliter dicendum esset.

Quæ contra. *Ex decisione eiusdem 125. parte 3. Pauli Acemily Veralli.*

Tres sententia: quando dicatur conformes.

Cap. LXXI.

SENTENTIAS esse in principali conformes sufficere visum est, Nam hoc principaliter agitur. Quamobrem si secunda minus granat in expensis, appellare non licet, si vero noui granam inferat, ab illo rñm permissum esse, in senatu conclusum est, si secunda sententia primam in meritis confirmat, & tertia secundam extra fatata lata

esse dicat, sed in meritis primam etiam approbet, re vera tres sententia: in merito conformes esse iudicatus censetur. Sed quid si in prima vel secunda additum esset, alio non apparente, & ita simpliciter confirmet, alterius appellandum non est, etiam si quid noui appellans deducere vellet, & ita resolutum fuit. Quod si sententia non essent siccessive conformes, altera contraria intermedia adiecta? tanquam tres conformes exequendas esse sententias iudicantur.

Sententias. *Ex decisione Senatus Pedemontani 122. Antonii Thessauri.*

De eodem. Cap. LXXII.

SED quid si prima sententia in mille scuris condemnata, secunda vero male, ac nulliter per primam iudicem iudicatum esse dicat, sed ex nouiter deductis, & in mille damnauerit, tertia vero secundam confirmet, an tres conformes dici possint? Pro affirmatiua conclusum est, quoniam verborum formalitas attendenda non est, sed in effectu, atque rei substantia conformes sunt.

Sed quid. *Ex decisione eiusdem 228. Antonii Thessauri.*

De eodem. Cap. LXXIII.

IDEM finis, atque effectus in eadem causa, sententiarum conformitatem facit, & si nihil plus, aut diuersum in una, quam in alia continetur, ita quod eademque principalis sententia nihil in confirmatione inmutatum fuerit. Harum igitur executionem nullatenus impediri posse, visum est.

Idem finis. *Ex decisione Rota Marchia 18. Stephani Gratiani.*

Quando dicatur sententia merè conditionalis.

Cap. LXXIIII.

CVM per dictionem aliquam sententia dicta est, conditionalis est, non autem pura sub conditione resoluenda, illa enim dicitur, aduerbatiua conditionalis est, atque ita interpretanda est, si prædicta facta non fuerit, qua mobrem meram conditionem præferret. Ablatiuus absolutus, probatione infra trionse non facta, conditionis uim habet, præsertim quia futurum tempus, & id quod omnino incertum futurum est, respicit. Nam à futuro euentu pender an Dragus probaturus sit. Condicio executionem respiciens non suspendit, ne que actum conditionalem facit. Contrarium est, cū ipsi condemnationis, & ita a tui principali adiecta est. Cum dictum fuerit, si probatum est conditio, non sequitur, ergo si probatum non est, absolutum, quia in sententijs secundum vniuersam opinionem argumentum à contrario sensu locum non obinet.

Cum per dictionem. *Ex decisione Senatus Pedemontani 145. Ottasiani Caceriani.*

Sententia quando valeat sub conditione intrinseca.

Cap. LXXV.

CONDITIO intrinseca dicitur, quæ ad negotium, de quo agitur, pertinet, atque ex actis sine assertorijs, siue probatorijs dependet, ut puta, condemnatio Titium, si in iurauerit, vel condemnatio re, si probatum est, vel probauerit. Aut si dicatur, assignamus tibi immobilia, qua reus mobilia non existunt. Extrinseca verò dicitur, quæ de aliquo actu extraneo interponitur, qui nullam cum materia subiecta conformitatem habeat, neque ex actis assertorijs, aut probatorijs dependeat, ut condemnatio Titii si Rex in Italia uenerit, si Cæsar treces vicent. Sicut igitur lata sub conditione extrinseca ualida est, sed quia iniqua videtur, ideo per appellationem rescindi poterit;

Rt 2 hper

super hac conditione, licet iudicium agatur non fuerit, non tamen ideo reuocatur validas intrinseci debet, per quam principale negotium distributum fuit, Non sententia de illis legitimis actibus existit, qui diem, vel conditionem non recipiunt, quoniam sub conditione iuris iurandi lata valet, & illico conditio ad implendam est. Et libello conformis dicenda est, quando ipsius negotium principale resoluatur. Sub conditione autem intrinseca ali quando ab idiotis affectibus profertur in tempus per se sens, vt si dixerit condemnatio. A si probatum est, & tunc addi debet, & si non est probatum absoluit, addi non valeret, quia non super totum, ad est, si per quolibet extremo lata esset. Aliquando sub conditione intrinseca in futurum tempus concepta profertur, vt si dixerit, condemnatio. A si probauerit, vel si probabit, & tunc verum sententia valet, quia bonis est. Et pro parte affirmatiua tanquam veriori obtinuit. Nam licet iudex ita condemnare non debeat, tamen postquam lata est, valet. Probationes de iudicio substantia non existunt, ergo si iudex absque probationibus conuenit condemnem, sententia lata valet. Sed quia appellatio iudex absque, quo quod sibi liquet de iudicio sententia reuocare potest, Ideo sententia primorum iudicium sententiam reformari, quatenus ad definitiua deuenerunt, si reus probationem, ad quam fuerat admittis, intra tres preteritos menses non fecisset, & in casu facte probationis non pronuntiatur, sed pro ut iuris est, promittendum referuntur.

Conditio. *Ex decisione eiusdem 146. Oslaniam Caerberani, & decisione Parlamenti Delphinatis, 418. parte 1. Francisci Marti, & decisione eiusdem 410. parte 2. & decisione Rota Genoa 36. Flamini Curtarij.*

Sententia in Camera semper feruntur pure, aliquando effectus sub conditione. Cap. LXXV.

IN Camera Imperiali sententia diffinitive sub conditione intrinseca, vel extrinseca ferri nunquam consequetur. Nisi ubi in contumaciam non parentis, vel non conuenientem proceditur, in his casibus condemnationes, vel absolutiones in euentum sunt. Item in taxa expensarum, ant iuramentum delatione, factus est in interlocutorijs, ita sepe contra Ecclesiasticos status mandatis Censuras non parentes sunt, in euentum si monitorialibus literis intra certum prestritum tempus non parebunt, & sententia post termini lapsum, purificata conditione, effectum sortiuntur. De stylo Camerae nullus in euentum bannitur, propter solemnitate denunciationis, seu publicationis banni, quae post sententiam declaratoriam incontinenti per ipsum iudicem in praesentia omnium auctoritate, in publico, & sub coelo fit. Quae denuncatio sententiae in euentu concepta, neque tunc, neque postea purificata conditione, fieri potest, nulla prima sententia, nisi illa ante aliquot dies lata, obstantibus forte ignota. Fit igitur de more declaratio, siue denuncatio banni purae. Si itaque reus in euentum nondum pareat, termino elapso, ad ore infra te decernitur, declarationem banni vigore sententiae prius latae fieri debere, quae etiam incontinenti sub praesentia solemnitate, in platea, sub dio fit, publicando corpus, & sub iuramentum toti mundo, iacerando, ac proiciendo breuiculus, ex quo talis denuncatio lecta est, & licet sententia banni sub conditione non feratur, tamen interdum ex magna causa fieri consuevit, nimirum vt ipsa sententia condemnatoria pure dicatur, effectus vero in tempus aliquod in sententia expressum suspendatur.

In Camera. *Ex decisione Rota Spirensis, 73. parte 1. Gasparis Guglielmi.*

Sententia an & quando probet sine processu. Cap. LXXVI.

Licet regulariter sententia sine processu non probet, tamen lata contra situm, ipso praesente, & non appellante si per absolutionem iniquitatis ab haeresi per Dominos Cardinales Sacrae Inquisitionis, quae etiam a Papa confirmata est, probatur, quae pro ea praesumitur, eam quod processus non producat, quoniam in huiusmodi de processu copia per inquisitorem non datur: Et praesertim quia in confirmatione Papali, Pontifex ita iudicari mandat, cum clausula sublata aliter iudicandi facultate, quae ita omnibus eo claudit, vt nihil viceris dici possit, quoque per Papam aperitur, vt videri dicit.

Licet regulariter. *Ex decisione Rotae Romanae 134. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.*

De eodem. Cap. LXXVII.

Cum sententia quinquaginta annis praeteritis lata fuerit, atque in forma probati existere, ideo probare visum est, eam si aduersarius ex aliquo defectu illum impugnare voluisset, quo casu ipse impugnaturus processum produceret debet.

Cum sententia. *Ex decisione eiusdem 338. parte 2. Iacobij Putei.*

Sententia instrumentum impugnatum quis probare debet. Cap. LXXVIII.

Si petatur alicuius sententiae executio, quae in rem iudicatum transiuit, et in quo instrumentum coram executore productum, atque in eodem naretur commissio iudicis sententiam proferentis, libelli oblatio, fitis contestatio, atque alia iudicij substantia, si ab aduersario illa vera esse denerunt, vbi aduersarius praesentem fuisse instrumentum enunciauerit, ipse contrarium probare debet.

Si petatur. *Ex decisione eiusdem 9. de probationibus in Nquis.*

Sententia sine processu standum non est. Cap. LXXIX.

Cum de processu non a pararet, per quem sententia lata est, & Augustinus inhabitans tanquam homicida declaratus, nullam fidem dantem esse conclusum fuit, quoniam non visis processibus, Rota sententis extra Curiam latis non credit.

Cum de processu. *Ex decisione eiusdem 1046. parte 2. lib. 3. in Nouissimis Tholomei, & decisione 11. de re iudicata Iohannis Moberdani, et decisi 704. p. in Nouissimis. Aldobrandini.*

De eodem. Cap. LXXX.

Cum neque partem praesentem, neque ad sententiam citatum fuisse probetur, illius instrumentum, quae Neapoli lata fuerat, Genuae executionem non mereri visum est, quoniam sine processu in verum contumacem latam esse non constabat, prout verus contumax fuisse, si per aliter citatus non comparuisset. Multo minus exequenda est, quando in sententia iudicij necessaria enunciata non fuerit, quae ob omnia appellacionem praesumit non poterant.

Cum neq. *Ex decisi Rota Genue 58. Flamini Curtarij.*

Sententia quomodo probetur. Cap. LXXXI.

Etiam per testes sententia diffinitiva probari potest, praesertim si illius instrumenti amissio allegetur, quo casu duo necessario probanda sunt, videlicet amissio, & tenor, equidem tenor difficultis probationis est. Non oia in scriptura intenuere det, per scripturam necessario probanda sunt, licet securus per ipsam scripturam fiat.

Etiā per testes. *Ex decisione Rota Romana 19. de re iudicata in Nquis.*

Sententia

Sententia inferta In executorialibus per ipsa probatur. Cap. LXXXII.

Pro sententia. Ex decisione Roti Marchis 157. See pban Gratiani.

Originale sententia si ob extet, vtriqua notario sub tractum fuerit, si pars declaratoria executorialium in partibus executorum petierit, in causa procedi potest, quoniam sententia in executorialibus inferta si dem facit, quia ex actis de rei veritate apparere potest. Originalis. Ex decisione eiusdem 477. parte 3. libro 3. in Nouissimis Paleoti.

Infertis in sententia creditur. Cap. LXXXIII.

Infertis licet non credatur, tamen si in sententia aliquis transacionis confirmatoria, illius tenor infertur, quia sententia creditur, ergo in consequentiam necessarium infertis credendum est.

Infertis. Ex decisione eiusdem 10. de probationibus Marcelli Crescentij, & decisione eiusdem 98. parte 1. in Nouissimis Robullerij.

Sententia quomodo probatur. Cap. LXXXIV.

Salter notarius fide fecerit, talem iudicem tribunali sedentem in tali causa super tali re diffinitivam sententiam huius tenoris sublequeitis protulisse, atque totum illius tenorem apponat, & in fine dicat, le qua, lata, & pronunciata in iudicio, supradictis parobus presentibus, & audiensibus, atque instrumentum fieri rogantibus, tale instrumentum presentibus testibus sententiam legitimam probare concludum est, quoniam per ipsum notarium Canis, atque actum postea subscriptum est, itaque presumendum est, etiam contentum remansisse, quod ille notarius instrumentum conficeret, tam de lectura, quam de tenore sententia, etiam de iudicis licentia, quorum subscriptio testimonium appellatur.

Si alter. Ex decisione consilij Neapolitani 346. Matthij de Assutis.

Sententia ubi presumitur lata, et an sine actis probet. Cap. LXXXV.

Sententia non habens locum loci, in loco soliti tribunali ab Ordinario lata presumitur: At si de processu non constat, nullatenus probat etiam si in presentem lata dicatur.

Sententia. Ex decisione eiusdem 1011. parte 3. libro 3. in Nouissimis Tholomei.

Pro sententia an presumatur. Cap. LXXXVI.

Qvando appellatum est, sententia non bene lata presumitur, neque ex se iustificari potest, nisi processus, aut alia nova producta fuerint, ex quibus iuxta ostendatur. Secus si appellatum non fuerit, & contra presentem lata fuerit.

Quando appellatum. Ex decisione eiusdem 89. Argidij Bellameri.

Sententia Papae in dubio sub lata non presumitur. Cap. LXXXVII.

Si Papa vni Ecclesiae in alterius praedictum, non obstantibus quibuscumque sententis gratiam facit, non idem sententia de expresso consensu Papae lata, sub lata censetur.

Si Papa. Ex decisione eiusdem 354. Argidij Bellameri.

Cap. LXXXVIII.

Pro sententia antiquissima presumendum est, etiam si ex aliquo legitimo processu minimè inspicitur, vtrum sit sententia antiqua dicatur triginta annos opus est.

Sententia in causa matrimonii, an & quando tractat in iudicium. Cap. LXXXIX.

In causa matrimonii sententia regulariter in rem iudicatur non transit, sed quandoque et in re iudicatur, si reuocatur. Nec pro matrimonio lata in rem sit, vtrum quia in gradu prohibito eodem modo subsistat, re non potest: nullum enim vinculum, vel contractus, siue sententia peccatorem in suo peccato, propter animae periculum defendere potest. Favourabile est, matrimonium dissolvere, contra legem Dei contractum, atque legitimum confirmare. Cum sententia, nullo impedimento subsistente, pro matrimonio fertur, in rem iudicaturam transit, si appellatum non fuerit, quia vis obferentia peccatorum non nutrit, & per lapsum decennij videtur non appellans de nouo in matrimonium tacite consentire. Impugnans duas sententias conformes in causa matrimoniali, non nisi cum exacta cause cognitione audiendus est.

In causa. Ex decisione Camera Imperialis 112. parte 1. Andrea Gailli.

Sententia in causa restitutionis in integrum post quadriennium est nulla. Cap. XC.

Post quadriennium in causa restitutionis in integrum sententia sine iurisdictione fertur, sed quadriennium non à die sententiae, sed à die laesionis currere incipit. Cuiusmodi res restitutio non à iura, nec ab appellatione omnia concessa fuerit, sed aduersus lapsum fatalium, atque tempus prosequende appellationis, tunc intrat laesio, ubi fatalis lapsus fuerit, & computato toto tempore viget ad sententiam declaratoriam quadriennium integrum non effluit.

Post quadriennium. Ex decisione Rota Romana 3. de restitutione in integrum Casaris de Grassi.

Sententia super restitutione in integrum sub conditione ferri potest. Cap. XCI.

Restitutio in integrum sub conditione fieri potest, ergo sententia super ea, quatenus opus sit, valida est, quoniam conditio intrinseca illam non vitiat.

Restitutio. Ex decisione eiusdem 714. parte 3. libro 3. in Nouissimis Paleoti.

Sententia an ferri possit super restitutione, & principali. Cap. XCII.

In iudicio Camerae observari consuevit, vt in ans, eademque sententia in primis super restitutione pronunciantur possit, & deinde itam in principali puncto.

In iudicio. Ex decisione Rota Sprensis 68. parte 3. Gasparis Guglielmi.

De eodem. Cap. XCIII.

Interdictum contrarium in Camera resoluum est, vt prius super restitutione sententia proferatur. Deinde partes breuiter acta repetant, Nam cum super defensione rectè pronunciatum fuisset, acta in principali causa sunt tanquam coram iudice nullam iurisdictionem habente facta, ubi igitur repetitione illorum opus est, incontinenti super negotio principali sententia ferri non debet.

Interdictum. Ex decisione eiusdem 170. parte 4. Gasparis Guglielmi.

Sententia lata de consilio Periti an transit in rem iudicatum. Cap. XCIV.

Diu malumque disputatum est, vtrum in sententia de peritorum consilio lata in rem iudicaturam transeat. R. 3. super

super qua contentio negari non potest frequentiori
votorum calculo sententiam negantem receptam esse.
Hanc autem communem ita tenent interpretatos esse.
vt ante decursu appellacionum tempora retractari
possit, neque quo ad eundem iudicem in iudicatu tran
seat, atque post latam sententiam petere possit, vel pari
tiores artifices, & expertos, vel sapientiores consulentes
commocare pars, illa contra quam iudicatum fuit, non
autem post decursu appellacionum tempora, quia in
interpretatione admissa, illatum esse ad sententias, quas Pote
stas villarum tam nomine Principis, quam vassalorum
de consilio assessorum protulerit, quod illa nunquam
in rem iudicam in transeat, ita vt quando cumque pe
rioribus, & sapientioribus assessoribus adhibitis, retra
ctari possit, & ita in factu contingentia Senatus iudica
rit, sententiam latam de consilio periri per potestatem
Racomsij in rem iudicatum non transiisse. Et cum ite
rum casus in lenatu contraxisset, fuit per Senatus con
sultum ordinatum, vt omnes Prætorum sententia, si
ue mediata, siue immediata existant, qui de consilio ius
consulti iudicant, posthac in rem iudicam tran
siant, pro vt ceteræ aliorum iudicum sententia, qui in
ris periti sunt.

Diu, multumque. Ex decisione Senatus Pedemontani,
25. Antonini Thebani.

Cap. XCIV.

Cum autem perici relatio nulla est, quia non citata
parte facta, sententia etiam desuper lata, nulla
existit.

Cum autem. Ex decisione Rotæ Bononiensis 22. Cas
trii Barzj.

Sententia in relatio nihil plus stat, quàm sit in relatio.

Cap. XCVI.

Cum sententia ad Leonis privilegium relationem
habeat, illius canonizatorum dicenda est, & que
quod in sententia continetur secundum illud limitari,
restringi, & regulari. Nec plus dicta sententia tribuit,
quàm in ipso privilegio respectum sit. Dictio ita adie
cta dispositioni certa, atque prolata in materia dispo
sita, qualis est sententia, tunc fiat causam, quando de
relato non constat, sed quando reperitur, secus est, tunc
enim quantum vis dispositio certa existat, secundum
relatum regulanda est.

Cum sententia. Ex decisione Rotæ Romane 40. parte 2.
in Nouissimis Cantuey.

Sententia in contumaciam quando ferri non possit.

Cap. XCVII.

Iratus ad videndum extrahionem iurium, atque ad
illam causam, ad causam principalem citatus non
dicatur, ideo illius notitiam habere non dicitur, vt sen
tentia in contumaciam ferri possit.

Citatus. Ex decisione eiusdem 166. parte. 3. libro 2. in
Nouissimis Faby.

Sententia in contumaciam quando rescindi possunt.

Cap. XCVIII.

Propter contumaciam in non veniendo, vel se pur
gando per sententiam vigore Ordinationis con
demnatus, pro confesso, conuictus, siue doctente habet,
sed de iure, quando cumque voluerit, inuocantiam suam
probare potest, & non obstante sententia admitteendus
est: quoniam huiusmodi sententia ex præsumptionibus
sentitur, & rescindi possunt.

Propter contumaciam. Ex decisione Rotæ Spirensis,
66. parte 2. Gasparis Cuglicini.

Quando sententia certam quæ antitatem exprimat, si
illa ex actis probata non reperitur, de iudicem ad
quem reformanda est, si neque coram secundo
iudice ex nouiter deductis iustificari potest.

Quando sententia. Ex decisione Rotæ Romane 138. p.
3. Pauli & Emilij Petrali.

De eodem. Cap. C.

Quamuis sententia in diuina sit, ita vt pro parte va
lere nequeat, tamen index sententiam separabi
lia, & diuersa contententem capitula, partium
cognoscere, & partim reformare potest, et si hoc a parte
neque allegati, neque petiti fuerit, quod sententia esse
centetur, quot capitula, & diuersæ species, quæ ad mo
dum in stipulationibus, & in annis legatis receptum
est. Causa autem conuictæ dicuntur, que ex factis
consequenter separationem non recipiunt, diuisa
sue, vel diuersa quando recipiunt. In Camera quando
sententia reformatur, expensæ compensantur, quoniam
vterque victor, & victus est.

Quamuis sententia. Ex decisione Camera Imperialis
110. parte 2. Andrea Gail.

Sententia, & res iudicata quando possit retractari.

Cap. CI.

Si post sententiam, quæ in rem iudicatum pertrax
erit, notæ probationes factæ fuerint, parte aduersa
de re iudicata non opponente, ab ipso iudice retractari
potest, quoniam non opponendo, tacite sententia reuoc
ciate videtur, & cum index de illius iustitia cognouit, su
dicare debet. Sed quando res iudicata ad effectum causæ
delectam propter lapsum fatalium, tunc etiam si a par
tibus processum esset, retractari non potest, mox cum
iustitiam ex præfatis, consensus partium prorogari non
potuit. Instantia per statutum breuior facta, ante ipso
tempus prorogari potest, sed cum illud lapsum est, non
potest.

Si post. Ex decisione Rotæ Marchig 31. Stephani Gra
tiani.

Errorum dominis in sententia expressi quando index
mutare possit. Cap. CII.

Quando substantia non mutata, index verba senten
tia corrigere potest, si constat de corpore, error
non minus sententiam non nitiat, ergo correctio
permittitur, quoniam idem sensus, & idem corpus re
manet, nihil additur, vel diminuitur de petitis. Actus, q
scripturam requirit, dummodo eadem sententia rema
neat, mutari potest.

Quando substantia. Ex decisione Parlamenti Delphi
nalis 546. parte 1. Francisci Marci.

Sententia contra interesse putantes certo existente:
contradictore quando valeat.

Cap. CIII.

Causa contra Bernardinum, & interesse putantes cõ
muni, cum terminis eorum eodem seruari essent, at
que etiam contra Anronium processum, post eius mor
tem, tacito Bernardino, & nihil amplius contra ipsam
facto, solum contra interesse putantes processum fuit,
atque sententia habita, quæ Alnaro intimata fuerit, ita
quæ lite pendente intruso, pluries cõ, etiam coram plu
ribus ventilata, quæ Alnaro nihil relictum probatur, cõ
tra eundem vsque ad declarationem, & aggregatoriam,
atque brachium scolare, interdictionemque speciale
procef.

processum fuit: Ercum prima sententia, atque omnia inde sequuta nulla allegarentur, cum actor Bernardini contradiatorem haberet, quo racione, eorum interesse putantes nullatenus processerit. Resolutum est, hoc respectu Bernardini procedere. Sed quò ad tertium, lite pendente intruam, qui erat vitiosus ingressor, sententia valida existebat, quoniam respectu defuncti contra interesse putantes procedi potuit.

Causa. Ex decisione Rota Romana 2. De foro competenti Marcelli Crescentij.

Sententia condemnatoria in vno, quando inducat absolutiorem in altero. Cap. CIV.

Quando plura peruntur, licet sententia condemnatoria in vno, non inducat absolutiorem in altero, si capitula separata sint, tamen quando in altero exceptio peremptoria opposita est, iudex condemnando super altero, in quo opposita est, absoluerit videtur. Idem si ex narrata sententia de mente iudicis appareat, quòd in altero absoluerit intendebat. Item resoluti est, quòd etiam si diu narrata nulla existeret, saltem ex ea iudicis animus, atque voluntas colligeretur.

Quando plura. Ex decisione eiusdem 12. De re iudicata Marcelli Crescentij.

Sententia in vno, quando extendatur ad alterum. Cap. CV.

Propter vim attractionis sententia vnum indistincte continens, ad alterum trahitur, absque quo effectum sortiri non potest, sed absque restitutione hereditatis, possessionum, super quo iudex pronunciauit, locum habere acquirit. Idem in petitione dicendum est, quoniam pars illud expresse consequi non poterat sine tali restitutione, ad quod expresse agebat. Quando aliter non valerit, tunc etiam maiora expressis veniunt, ad actus validitatem necessaria continentur. Item cum hoc ad effectum possessionis aduocatur, quid maius dici non potest. Quando duæ actiones sunt, quarum altera est alterius res paratima, vtpote actio ex testamento, que contra heredem ad baredditatem restituendam datur, atque remedium possessionis, postea competituri, preparatoria exiit eodem tempore, subordinatè intentari posse, certum est. Et licet ab initio hæc secunda actio orta non sit, cum tamen pendente iudicio ex contrumacia, & renitentia non restituens, notum spes sit, quòd oriatur, sed omnino ab initio oriatur sit, saltem cū subalternando, deduci potest, ita petendo, ut hæres hereditatem saltem verbaliter restituat, & postquam restituerit, vel postquam propter contrumaciam, vel renitentiam pro restituta habenda sit, ad effectum translationis actionum, in possessionem immitatur, quod quidem propter lites dirimendas toleratur. Quòd igitur in necessariam antecedentiam venit, hinc expressum dicitur, ita ut dispositio de tribus sententiis conformibus, locum habeat. Hæc autem omnia facilius admittere debet, conelutum est, ad excludendum spoliolum, & attentata, atque ad delicti exclusionem.

Propter vim. Ex decisione eiusdem 450. parte 1. in Nominis Aldobrandini.

Sententia præstantiæ rationis ad reliqua extenditur. Cap. CVI.

Illæ sententia, quæ ad computum præstandum, atque rationem reddendam condemnant, etiam ad solvendum quod superest continere dicitur, quoniam rationes reddere nihil aliud est, quàm reliqua solvere. Quamobrem illius vigore contra debitorum pro quantitate apparente exequendum esse placuit.

Illæ sententia. Ex decisione Consilij Neapolitani 157. Marcbai de Assiliis.

Priuationis sententia extra territorium extenditur.

Cap. CVII.

Sententia priuationis siue beneficiorum, siue officiorum, effectum extra territorium porrigit, cū quò ad beneficia, quæ in aliena diocesi habet, licet ex eorum per iudicem beneficij faciendâ sit, licet sententia publicationis bonorum, quando pro delicto, de iure conuictum sit. Sententia autem suspensiuâ à beneficio, ad alibi sita, non se extendit, nisi pro crimine suspensius effect, quòd infamiam irrogat.

Sententia. Ex decisione Parlamenti Delphinialis 728. par. 1. Francij Marci.

Declaratoria sustinetur ex scientia intimationis superueniente. Cap. CVIII.

Declaratoria excommunicationis ob non paritionem executorialium, ex mādato Ordinarij sustinetur, etiam ante declarationem factam, sed post illi producto, nam ex eo, aduersionem de executorialibus sibi intimationis notitiam habuisse colligebatur, eadem sententia primi iudicis, ex nouiter deductis confirmari potest.

Declaratoria. Ex decis. Rotæ Romanae 391. parte 3. Jacobi Putei.

Declaratoria pendente iudicio super inopia valet. Cap. CIX.

Pendente iudicio super inopia, declaratoria ob non paritionem literarum executorialium valida est, quoniam ante inopie iudicium respectu possessionis rei iudicatæ parere debebat. Instrumentum autem paritionis in actis productum, non erat recognitum, ideo non probat, etiam si nihil pars opposuerit, quoniam cum citata non fuerit, iudex ex officio nullam fidem dare poterat: Cum igitur ad declaratoriam processerit, nullam fidem dedisse dicitur.

Pendente. Ex decisione eiusdem 117. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.

Sententia excommunicationis non seruata forma bulle non valet. Cap. CX.

Si seruat sententia excommunicationis vigore oronitorij, quòd ad bullam relationem habet, que iubebat, quòd in euentum perturbationis ad penam priuationis procedat, quia lata est, forma bullæ non seruata, quæ probationem perturbationis præambulum requirit, & postea priuationis, non autem excommunicationis penam, nulla est, & ita conclusum fuit.

Si seruat. Ex decisione eiusdem 124. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.

Sententia excommunicationis, vigore obligationis Cameralis quando fit nulla. Cap. CXI.

Si non constat in primis actorem pro sua parte adimpleuisse, sententia excommunicationis vigore obligationis in forma Camere vltro, citroque obligatorie, nulla est, nam, qui ex obligatione correctiua agere vult, pro parte sua prius adimpleuisse, docere debet.

Si non constat. Ex decisione eiusdem 127. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.

Cap. CXII.

Sententia excommunicationis nulla, vel iniusta, ex nouiter deductis iustificari non potest: Et ideo pro illius iustificatione remissionem denegandum esse, visum fuit.

Sententia excommunicationis. Ex decisione eiusdem 129. par. 3. Pauli Emiliij Veralli.

Decla-

Declaratoria in causa status probat in omnibus.
Cap. CXIII.

IN causa status sententia in vna lata, in omnibus fidei facit, quamobrem beneficium non esse patrimoniale, hæc declaratoria in omnibus causis patrit.

In causa status. *Ex decisione eiusdem 5. De reuindicata Achillis de Grassis.*

Declaratoria fertur ex tribus conformibus, & quando sint tales. Cap. CXIV.

Prima sententia in tribus mille, atque ad reddendas rationes condemnauit, secunda autem confirmauit, sed tertia modificauit, atque iuriam ad quingentum reduxit, à redditione autem rationis absoluti, ideo dobitabatur, vtrum ad declaratoriam ob non partitionem procedi possit, & posse conclusum est, nam cum de eadem re atq; inter eandem personam agatur, & altera sententia alteram confirmat, easdem esse conformes, quò ad minorem iuriam dubitari non oportet. Enam tertia pro factò, & fraude condemnat, sicuti præcedentes, & quamuis ab administratione absoluti tamen intelligendum est, præterquam quò ad caput fraudum.

Prima. *Ex decisione eiusdem 487. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Palesti.*

Sententia ex nouiter deductis iustificari potest.
Cap. CXV.

EX nouiter deductis sententia, etiã in rem iudicatam transfuerit, iustificari potest: & sicut res iudicata, si noua causa superuenit, per quã de sententia iniquitate constat, executioni mandari nõ debet, ita quantumcunque iniqua, si postea iustificatur, executioni desamanda est, contrariorum enim eadem disciplina existit.

Ex nouiter. *Ex decisione eiusdem 114. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia restitutoria iustificatur ex nouiter deductis. Cap. CXVI.

Etiam si esset sententia restitutoria, quia si nunc illã produceret, vique restitutorius esset. In restitutoria titulum probare nemo tenetur, sed possessionem ex titulo iustificare sufficit: cum possessio iustificatur, etiam sententia iustificata dicitur.

Etiã si esset. *Ex decisione eiusdem 115. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia notoriè iniusta potest iustificari.
Cap. CXVII.

Notoriè iniuste sententia est, in qua beneficia ad mesum capitularem spectare declaratur, cum tamen mensæ Episcopali vnita sint, quamobrem ex eadẽ actus reuocanda est. Cum testes fructuum tenuitatem, atque ornamentorum ecclesie ad sufficientiam nõ prohibeant ex eorum dictis iustificari non potest, sed dictum est, quòd expectetur, an ex nouiter deducendis iustificari possit, aliter iniusta ex eisdem actis declaratur, cum expensarum condemnatione.

Notoriè. *Ex decisione eiusdem 120. par. 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia notoriè iniusta non exequenda.
Cap. CXVIII.

Cum valor probatus non fuisset, nulli dubium est, sententiam exequendam non esse, quoniam notoriè iniusta remanet. Cum administratio derur in titulũ, in ea regulam de valore locum habere certum est. Nec ex confessione probari dicitur, quic viginti quatuor an-

nis post impetrationem facta est, valor autẽ de eodem anno probandus est. Neque testes singulares illam cum sessionem probare dicuntur, quam conclusionem Rota tenet. Et si testes singulares sufficerent, duo specialia inducerentur, cum enim tantum probet mille testes singulares, quantum vnus, primum esset, valorem ex vno teste probari, alterum est, quod tempus impetrationis non percutiat.

Cum valor. *Ex decisione eiusdem 4. de reuindicata Casaris de Grassis.*

Sententia quando non dicatur notoriè iniusta.
Cap. CXIX.

Cum non confiteretur coram Gubernatore de dote, nihil deduci videtur, cur eiusdem sententia notoriè iniusta dicatur, quoniam statuta requirunt, quòd filia vel inter viuos, vel in ipso testamento dorata sit, dote autem ex instrumeto consistere non dicitur, quod productum non est, neque ex testamento, quia confessio, sine assertio partis, tertio nocere nõ potuit, & quamuis à Bernardina productum fuerit, non tamen illi approbasse censetur, nam aliqui nihil petere potuissent, sed magis impugnatuè productum dicendum est. Producentis scripturam in ea enuntiatã approbare non dicitur.

Cum non confiteretur. *Ex decisione eiusdem 6. de re iudicata Casaris de Grassis.*

Ex quibus hæc sententia iustificatur.
Cap. CXX.

Nulla super validitate sententia dubitatio esse potest, nam illa quæ ex iurisdictionis defectu opponitur, omnino cessat, cõ in cõmissione Robustiano presentata prætermissio Capituli narretur, prætermissio ius patronatus ad se pertinere, atq; causa a pellationibus cõmittitur, cum clausula quæ, & quas, de & super præmissis, rebuq; alijs in actis causæ deductis, ac deducendis, vnã cum omnibus, & singulis incidentibus, annexis, & connexis, quamobrem negari non potest, quia articulus, vtrum Decanus, capitulum, & canonici sint ipsarum ecclesiarum rectores, atq; ius præsentandi habebant de incidentibus huius causæ existat. Neque de iniustitia redargui potest, quoniam sententia disposituè non nisi super iure præsentandi pronunciauit, annexionem autem canonizare non dicitur, cum dixerit, super iure præsentandi ad Vicarias habentes canonicatus, & portiones annexas, nam intelligitur de ijs, quæ vetè annexa sunt, & ita probantur, non enim sententia relaxat dicit, & prædictorum annexorum, sed simpliciter tantum, verum in numero sententia ex actis iure præterpanda est. Cum Vicarie ab inferiore à Papa conferuntur, sine coram eo præferantur, vt institutio fiat, ideo perpetuè esse præsumuntur. Nec in ius diei potest, quòd declaratur capitulum, & canonici earundem ecclesiarum rectores existere, quoniam hoc idem ex laudo à Clemente Sexto confirmato, iustificari dicitur, nec sunt cõtraria, vt Vicarie de iure patronatus existant, & sub reservationibus casu, & in sententia contrarium non dispositur. De iure patronatus ex eodem laudo consistere dicitur, & ex obseruantia tantuè potest iustificari aliquod conclusum fuit. In his autem personis viarum vigore Concilij non præsumitur, nec aliquid immutatum est.

Nulla. *Ex decisione eiusdem 798. parte 1. in Nouissimis Seraphini.*

Cap.

Cap. CXXI.

Secundum communem opinionem sententia lata, quam Rota non tenet, iniusta non dicitur, & ita plures decemum est.

Secundum communem. *Ex decisione eiusdem 206. par. 1. in Nquistimis Aldobrandini.*

Sententia in dubio est confirmanda. Cap. CXXII.

In dubio sententia confirmanda est, quando aliquid de nouo contra illam non deducitur. Nec aliquid fit, si aduersarius de libris quinque probare velit, quoniam diuersa actus est, & in fine iudicii existimus, atque si per solutionem illarum quatuor librarum ex alia causa existimus, ideo cumulatim diuersarum actionum circa diuersas res, admitti non debet.

In dubio. *Ex decisione eiusdem 132. parte 3. Pauli & Milij Veralli.*

Sententia confirmanda alteram nullam valida est,

Cap. CXXIII.

Secunda sententia primam nullam etiam ex capite iurisdictionis valida est, atque in rem iudicatam transire conclusum est.

Secunda. *Ex decisione eiusdem 4. De re iudicata. Achilili de Grassi.*

Cap. CXXIV.

Etiam si sententia sit nulla, si tamen est iusta, ipsam confirmari posse conclusum est.

Etiam si. *Ex decisione eiusdem 116. parte 3. libro 1. in Nquistimis Fabij, & decisione Cappelli Tholosana 359. Ioan ni Corseri, & decisione Regni Neapolitani 331. Francisci Piaz, & decisione Palatii Apostolici Penetarum 52. par. 1. Thoma Trusiani.*

Cap. CXXV.

Vbi autem sententia pro parte nulla existit, neque confirmari, neque reformari pro ea parte potest, quae valida est. Nisi diuersi capituli contingeret.

Vbi autem. *Ex decisione eiusdem 205. parte 2. in Nquistimis Blanchetti.*

Sententia nulla ob defectum iuramenti calumnie confirmari potest. Cap. CXXVI.

Per iudicem appellations sententia nulla confirmari potest, quia nullitas ob defectum iuramenti calumnie reparari potest, atque procurator communiter ad iurandum admitti ante sententiae confirmationem. Concurrente etiam ipsius iustitia, locueta enim Franco appellanti certas terras ad decem annos, & est primo anno terras ipsas restipularas, nec seminatias inuenire: ergo & ipse vltimo anno pariter eodem modo ceterum quere debet, aliter ita deteriorem faceret, vt pauciores fructus redderet, cum igitur vltimo anno seminaffer, ad interesse tenetur. Conductor nihil facere potest, ex quo locatione finita, successori nocere possit.

Per iudicem. *Ex decisione Collegij Trisani 149. Doctoris Marte.*

Sententia pro maiore infante, sine tutore valet.

Cap. CXXVII.

Quando pupillus maior infans est, sententia in eius fauorem lata, etiam sine tutore valet, nam in actibus eius fauorem concernentibus, legitimam personam habere dicitur. Idem in filiofamilias verum est, si cum eo, absque patris consensu, iudicium agitarum fuerit. At si est infans furiosus equiparatur, & quia intellectu caret, etiam in eius fauorem lata, non valet.

Quando pupillus. *Ex decisione Camera Imperialis 16. parte 2. Ioachimi Dissingerij, & decisione Regni Neapolitani 51. Francisci Piaz.*

Sententia contra infantem non valet.

Cap. CXXVIII.

Ideo contra infantem sententia lata non tenet, quoniam citari non potuit, neque statuti forma seruata, neque secundum iuris communis dispositionem: Neque placuit illa responsio, statutum ad iudicis a: butu illam formam remittere voluisse, quoniam ipsius verba repugnant. Neque ipse stylus in contrarium allegatus, nam cum ipsa verba clara constant, stylus male intel lectus dicitur, Et cum infans motorem legitime datum haberet, non docto de ipsius absentia, vel impedimento, alter dari non poterat.

Ideo contra. *Ex decisione Rota Romana 260. par. 2. in Nquistimis Aldobrandini.*

Lata ad fauorem minoris valet, etiam sine ipsius consensu. Cap. CXXIX.

Ad minoris fauorem sententiam latam valere, si il lius consensus accesserit, certi iuris est, sed hodie conclusum est, idem esse, si nullus illius consensus accesserit.

Ad minoris. *Ex decisione eiusdem 157. parte 2. Iacobi Putei.*

Lata contra minorem indefensum, etiam curatorem habentem, non valet. Cap. CXXX.

Si curator minoris citatus fuerit, & neque in principio, neque in medio, neque in fine comparuerit, sententia contra minorem indefensum lata non tenet, quoniam paria sunt curatorem non habere, vel illum habere, si non comparuerit.

Si curator. *Ex decisione eiusdem 306. parte 2. Iacobi Putei.*

Sententia contra minorem, vel procuratorem ab eo deputatum non valet, nisi iurasset.

Cap. CXXXI.

Contra minorem viginti quinque annis, curatorem non habentem, sententia lata, nulla est ipsi iure. Idem si causa per procuratorem a minore curatorem non habentem confusum, agitata fuerit: nam legitime deputari debebat, hoc est cum curatoris auctoritate, alias ipsa sententia nulla est; At si iste iurasset, acta, sine agenda per procuratorem, rata habere, & contra non valet, tunc processus, curatoris defectu, nullus non rediur, quoniam iuramentum ipsum maiorem facit.

Contra minorem. *Ex decisione Gratianopolitana 495. Guidonis Papa.*

Sententiae tenor notificari non debet, ad effectum appellandi. Cap. CXXXII.

Cum Antonius personaliter ad audiendam sententiam citatus fuerit, quoniam illa sibi postea intimata non fuerit, & a die notitiae appellauerit, nihilominus in rem iudicatam transit, quoniam si per sententiam praedictam fieri posse timebat, infra tempora a die notitiae ipsius citationis appellare debuit, & de sententia ignorantiam allegare non potuit, postquam ad illam audiendam citatus fuerit, tamen si non comparuit: Quinobrem dicitur alia subsequentes confirmatoriae tres conformes factum, quae executionem mereantur.

Cum Antonius. *Ex decisione eiusdem 130. par. 3. Pauli Emilij Veralli.*

Cap.

Cap. CXXXIII.

Succumbens ab expensarum condemnatione non excusatur, si ex eisdem actis sententia reuocatur, secus si ex nouiter detectis, & ita plures in Rota conclusum est.

Succumbens. Ex decisione eiusdem 142. parte 3. Pauli & Amilij Verulli.

Cap. CXXXIV.

Vbi notarius in fine sententiae dixerit, lata, & publicata, verbis publicata, sententiae sectionem importare conclusum est.

Vbi notarius. Ex decisione eiusdem 357. parte 2. Iacobi Puzi.

Præsumptio sententiae antiquae, quae non iustificatur, parte contradicente, nulla est.

Cap. CXXXV.

Nullam sententiae iustificationem ex actis productis colligi posse conclusum est, nam cum intento venerebilibus linguae Aragoniae in probata alternata præcedente verificatur, & D. appone: immo processibus armatis probare debebat, & quod prius aduocato creatus fuerat, & licet in facto per Rotam firmato, adit quoddam veltigium alternatae præcedente, tamen per iustificationem conuictudinis, vnicuique non sufficit, & cum ex scripturis per venerabilem Italianam linguam productis, de pluribus actibus in eius fauorem appareat, ex his quae variè scripta leguntur, consuetudo iudici non potest, nisi varietatis certa, atque determinata causa probetur. Pro sententia, multis concurrentibus præsumptionibus non est, Nam de stylo Rotæ præsumptio iustificatio non nisi in sententis centum annorum, cum clara obseruantia est: Et cum hæc sententia tractum habeat successuum, atque continuatum, & quoridie grauat, si repellere lingua Italianae, vtique illa exsequeretur. Præsumptio, quae pro sententia facit, ex partis acquiescentia ortum habet, sed hic tones reclamatum, & protestationem fuit, ergo ex contradictione elidi videtur. Vtrum sententia sit de antiquo, arbitrarij est, præsumptio autem, quae ex antiquitate oritur, facile per contradictionem eliditur. In Rota res iudicata non attenditur, nisi de iustitia conuictis, & si sententia est iniusta in rem iudicatam non transit, & insuper de nullitate oppositum est. obseruantia subsequente pacifica non fuit, sed pluribus protestationibus, atque contradictionibus interrupta.

Nullam. Ex decisione eiusdem 438. parte 1. in Xpistofimis Seraphini.

Cap. CXXXVI.

Si iudex appellacionis primam sententiam iustam, vel iniustam esse pronunciauerit, tacite absoluit, vel cōdemno, dicere vultus est.

Si iudex. Ex decisione Cappella Tholofana 224. Ioannis Coserij.

Sententia absolute iura non edocet, an sit diffinitiva, & quid sit a delegato lata fuerit.

Cap. CXXXVII.

Diffinitiva sententia dicenda est, per quam reus, alio non edocet absoluitur, siue stantibus actis pro ut stant, siue etiam alio non apparente, atque in rem iudicatam non transit, licet interlocutoria vim habere videatur, quia ex nouis iuris reuideri, atque ab eodem iudice reparari possit, in hoc tamen diffinitio natura supit, quia nisi aliud de nouo producat, reuocari non potest. Et ita Senatus declarauit, atque multo magis, si totum negotium simul cum ex pensis diffinit. Iudex de-

legatus cui causa in possessorio, & petitorio commissa est, si iudicat in possessorio tantum, absoluitur reuocata stantibus actis pro ut stant, non sit potius sua sententiam ex nouiter productis reformare. quia cum officio suo functus sit, sua iurisdictione in causa possessorii amplius non durat, in iudice ordinario secus esse, Senatus iudicauit.

Diffinitiva. Ex decisione Senatus Pedemontani 81. Antonini Thezauri.

Vincens quandoque caret commodo sententiae.

Cap. CXXXVIII.

IS, qui sententiam pro se lata, quae in rem iudicatam petransiuit, male, atque inique prolata esse, confessus fuerit, aut etiam asseruerit, iuramentum ab eo praestitum, & a parte aduersa sibi in iudicio declaratum, male per eum iuratum fuisse, omni commodo, & illius effectum, tam in prophanis, quam in spiritalibus careere debet, & ita omnibus Cameris congregatis latum arrestum fuit.

Is qui sententiam. Ex decisione Senatus Burdegalesis 306. Nicolai Boerij.

Lata super petitorio per iudicem ad quem aditum super possessorio, non valet.

Cap. CXXXIX.

Sub possessorio petitorium non continetur, & ideo si in partibus petitorio, & possessorio simul super ecclesia actum fuerit, & super possessorio, super eadem sententia appellatur, atque deferatur, & in Curia audienda committatur, si partes coram iudice ad quem in petitorio, & possessorio simul procedat, sententiam super utroque latam, non valet in frequentiori calculo obmittit.

Sub possessorio. Ex decisione Rota Romana 2. de causa possessionis, & proprietatis in Antiquioribus.

Sententia absolvens a solutione pensionis est valida, licet commisso habeat clausulam sine retardatione arbitrio Rotæ.

Cap. CXL.

Cum ab vno petitorium iudicatur, & ab altero possessorium retinenda, in utroque casu iudicis procedit, nam cum a diuersis intentatur, obiectione contrarietatis intrare non potest, quamobrem facilius cumulatim permittitur. ergo sententia valere conclusum est, quoniam clausula arbitrio Rotæ, pro ut de iure intelligitur, sed de iure est, quod possessorium retinenda ab altero intentatum petitorium non suspendat. Quando ab eadem persona vtrumque intentatur, tunc si ab onere probandi releuari vult, possessorium prius terminandum est. Imò etiam si ab eadem vtrumque intentaretur, super pensione hæc ratio non procedit, quoniam hæc possessio est contra ius, quae beneficium feruienter imponit, atque primo beneficij statui repugnat, nõ igitur ab onere probandi releuar: Et cum Didacus pensionem nullam diceret, pretendere non poterat, possessionem suam a probandi onere releuare, quoniam possessionem aliquam non contenderat, ergo oppositio huius casu applicari non potest.

Cum ab vno. Ex decisione eiusdem 8. de re iudicata Caspari de Grafis.

Sententia quando dicatur lata super petitorio, & possessorio simul. Cap. CXXI.

Hæc sententia tã super petitorio, quàm super possessorio lata dicitur, quod ex præfatione venerabilis linguae Aragoniae apparet ponderando dictam semper in petitione positam, iuncta mentione quae sit stabili.

stabilimentorum, quæ titulum impartat, atque ius ipsius præcedentis. Idem colligitur ex petitione venerabilis lingue Italicæ eisdem rationibus, & maxime ex illis verbis in conclusione, & in iure suo deferendi. Item ex commissione data commissariis ad referendum, est super eo, quod prætendebatur, data dicitur, & à partibus narratum fuerit, ergo tam super petitione, quâ possessorio, cum utrumque narratum esset, item ex verbis sententia præcedere debeat, ponderando verbum debeat, atque rationem in sententia contentam, quia prius electus est, quæ in petitorio fundatur, item ex illis verbis, sic uti hæc non fieri consuevit, cum hoc ius propter consuetudinem existat: Et quoniam conclusio petitionis lingue Aragonicæ de solo possessorio agat, nõ tamen stat restrictivè, & potest à cumulatis in petitione declarari, maxime cum alterius partis petitio utrumque contineat, & ita super utroque pronunciari potuit.

Hæc sententia. *Ex decisione eiusdem 173. par. 1. in Negotissimis Seraphini.*

Sententia super possessorio præferenda est sententiæ in petitorio. *Cap. CXLII.*

Cum prius super petitorio pro Tino sententia dicta esset, & duodecim annis post ad favorem Sempromij super possessorio, atque uterque rem iudicatam prætenderet, Titus ideo pro executorialibus instabat, quæ petitorium illud abiciat, & ideo præferendus esse videbatur: Sed quia dum iudicium attentatorum agitur, fatalia non currunt, & veræ possessionis naturâ sapiens, favorabile est, ideo sententia in possessorio lata præferendam esse, conclusum est: Tunc aut magis, quia ob Titij impedimentum, qui anteit, fatalia à parte impedito non currunt. Quoque super spolio plenissimè peritum est, super petitorio lata in rem iudicatam transire non potest.

Cum prius. *Ex decisione eiusdem 857. parte 3. libro 3. in Negotissimis Tholomei.*

Sententia super Saluiano statim exequenda. *Cap. CXLIII.*

Saluianum interdictum retinendum possessionis adspicienda existit, & sententia super eo lata, de iure cituli, & secundum constitutionem Aragonicam appellacionem nõ recipit, sed executioni demandanda est, ideo mandatum de in iudicium appellacione non obstante, concedendum esse, conclusum fuit.

Saluanum. *Ex decisione eiusdem 142. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia lata ab uno ex duobus iudicibus quando valeat. *Cap. CXLIV.*

Ab uno ex pluribus iudicibus lata sententia valet, quando commissio cum clausula facta est, quod si non iuvenerit, tam in facta diligentia per Episcopum, & Vicarium, illum inveniari non posse constat, ad quorum officium pertinet beneficiorum titulos perquirere, quod autem alter inveniari non potuit, melius quam per ipsam diligentiam probari non potest.

Ab uno. *Ex decisione eiusdem 116. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia valet, eo semel personaliter citato non comparere pro contradicta lata. *Cap. CXLV.*

Si res semel personaliter citato, eoque non comparente, per contradicta processum est, sententia lata valet, tametsi reus mandatum in persona cuiuslibet procuratoris miserit, qui ante sententiam illud producere

prætermisit, nam paria sunt non esse, & esse, ac non apparere.

Si res. *Ex decisione eiusdem 135. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia valet etiam si non constar de iure actoris, quia potest iustificari in executione.

Cap. CXLVI.

Cum appellacionis causâ in Curia commissa fuerit, atque prima sententia minime producta fuerit, ita ut de iure illius in actis constare non possit, Nihilominus altera sententia super negocio lata, valore conclusum est, quoniam in eius executione iustificata est.

Cum appellacionis. *Ex decisione eiusdem 7. de re iudicata Achilii de Grassis.*

Sententia, quæ non valet vt sententia, valet vt præceptum. *Cap. CXLVII.*

Si contra reum consistentem debitum ante litem contestatam, & minime per actorem dato libello, iudex diffinitivam sententiamulerit, cumq; ad solvendum condemnauerit, talis diffinitiva, quæ vt sententia valeat non potest, valet, vt præceptum, quoniam materia talis confessionis ante litem contestatam factæ non ad sententiam, sed ad præceptum sufficiens est.

Si contra. *Ex decisione eiusdem 18. de re iudicata in Antiquis, & decisione 3. de confessis in Antiquioribus.*

Cap. CXLVIII.

Vbi factum est notorium, sed iudici adhuc notorium factum non est, interim lata sententia valet, quoniam in rei veritate notorium existebat.

Vbi factum. *Ex decisione eiusdem 12. de fide instrumentorum in Antiquis.*

Cap. CXLIX.

Si iudex a petro voro, siue Consilio consularis illud legerit, & statim dixerit, pronuncia pro tunc in ipso continetur, sententia valet & ita iudicium est.

Si iudex. *Ex decisione Extraneanti 49. Petri Garzia à Toledo.*

Sententia valet, etiam si pars admissa non sit ad opponendum contra testes. *Cap. CL.*

Si iudex exceptiones, ac iura repellat, quæ ad defensionem faciunt: non ideo sententia nulla dicenda est, sed contra ius litigantis: si dilaciones non dentur, aut nimis breves dentur, non est proditum retinendum nullitatis, sed appellacionis: Quamobrem propter denegacionem termini ad repulsam testium, sententiam nullam minime dici posse conclusum est: & multo magis, quia à principio exceptiones contra testes opponendæ erant, atque ita protellandum, cum ad probandum admitti petitam fuit.

Si iudex. *Ex decisione Palatii Apostolici Penetarum 54. parte 1. Thoma Trivisani.*

Cap. CLI.

Per iudicem suspensum prolata sententia valet, nisi recusatus fuerit, & ita iudicatum est. Ipsa enim suspicio etiam allegari, atque probari debet.

Per iudicem. *Ex decisione Regni Neapolitani 390. Francisci Pini.*

Cap. CLII.

Testibus non publicatis sententia non vitiosa, nisi à parte publicatio petita fuerit, & à non publicatione appellari non fuerit.

Testibus. *Ex decisione Rota Romana 1. de re iudicata in Antiquis.*

Cap.

SI omisso appellations, atq; granaminis articulo, par te non opponente super negotio principali sententia lata fuerit, valida est, & ita conclusum fuit.

Si omillio. Ex decisione eiusdem 150. parte 1. Iacobi Putei.

Sententia contra intrusum lata non nocet tertio comparanti pro suo interesse.

Cap. CLIV.

IOhane contra intrusum super beneficio litem habente, Alphonsus pro suo interesse comparauit, atque do cuit, protestansque fuit nihil, nisi ipso citato fieri debe re, & cum ad sententiam etiam citatus esset, ipsa eotra intrusum tantum lata est, quæ in rem iudicatam trans fectam fecit, & cum dubitaretur, utrum Alphonsus sen tentia noceat, pro negata cõclusum est, quoniam ius Alphonsi diuersum extiterat, idemque intrusum pro biberet non poterat.

Ioanne. Ex decisione eiusdem 375. parte 1. Iacobi Putei.

Sententia siue probationibus, quæ non se refert ad acta valet.

Cap. CLV.

SI sententia siue probationibus lata fuerit, ita vt ex a ctis iniqua appareat, dummodo ad ea non se referat, notorie iniuria non est, ita vt nulla dici debeat. Rota autem huiusmodi sententias exequi non consentit. Ex licet appellations remediõ annullanda sit, tamen etiam per probationes in prompti faciendas iustificari posse placuit.

Si sententia. Ex decisione eiusdem 401. parte 1. Iacobi Putei. & decisione 73. Ezidij Bellamers.

Cap. CLVI.

AD instantiam partium diffinitionem sententiã scri pturam sententia à Vicelegato per verbum ordinatus lata, valida est, quoniam actum frustratio nari facere voluisse, non præsumitur.

Ad instantiam. Ex decisione eiusdem 131. parte 3. Pauli Emiliij Veralli.

Peritorio suspensio in prima instantia, an, & quando valet sententia in secunda.

Cap. CLVII.

SI suspensio peritorio in prima instantia, si termini in se cunda seruati fuerint, in qua causã appellations à sententia in possessorio lata vnã cum negotio principali, pro ut in prima, videlicet ad articulos ad duodecim, & in citatione distiõ erat in causã monasterij, & postea illorum vigore ad sententiã super peritorio processum fuerit, sententiam validam esse conclusum est.

Suspensio. Ex decisione eiusdem 3. de iudicis Aebilis de Grassis.

Sententia per contradictas valet, etiam si iudici non conllet, quod procurator erat abscis.

Cap. CLVIII.

TRES sententiæ executioni demandanda sunt, licet de nullitate opponatur, sed quid si eotra terniõ op ponatur. ex quo processus per contradictas nõ docto de procuratoris absentia, decretus fuerat? Sententia ex cita tions defectu nulla videbatur, quia iudici de absentia non constabat, sed quia ille verè abens extiterat, & de nullo bono iure contra sententiam opponens constabat, & ideo pro validitate conclusum est, sicut in simi li, quando cum asserto procuratore actiõ est, & sententia non conuõto de mandato lata est, si tamen post sen tentiam de illo constet, sustinetur.

Sententia libello difformis aliquando valet.

Cap. CLIX.

IN multis casibus libelli siue petitionis, & sententiæ difformitas toleratur, potissimum in criminalibus, in quibus semper libero est iudici plus, minuste con demnare, in eisdem conclusio de necessitate libelli non existit.

In multis. Ex decisione Camera Imperialis 81. parte 4. Iacobi Misfengerij.

Sententia sine publicatione testium valet.

Cap. CLX.

OB intermissam attestationem publicationem sen tentia non est ipso iure nulla, sed si appellatum nõ fuerit, valida est, publicatio enim de substantia ordinis iudiciarij non existit, partique imputandum est, que non petierit, aut a denegatione non appellauerit, quã obrem in rem iudicatam transire posse conclusum est.

Ob intermissam. Ex decisione eiusdem 52. parte 4. Iacobi Misfengerij. & decisione Palatii Venerarum 53. parte 1. Thomæ Trisfani.

Sententia contra impeditum lata an valet.

Cap. CLXI.

CONtra laboratẽm morbo febrico, vel aliã infirmã sententia ferri, est ipso iure nulla, si verò impedi men tũ ignoraret, sententia valeret, sed abscis factum ad ap pellandum restituendum est. His similia impedimenta multa sunt, vt vis hostium, locus pestilentis, impetus fluminis, vis tempestatis, quæ stinera, vel pede, vel nauigio infestat. Nisi se quispiam arctauerit, vt pote, quod oportuno tempore non exierit, tremque funere domes tico impeditus, detentus ab hostibus, capitis dñatus, in exilium actus, & si quæ similia sunt. Cum res im pedimentum allegat, & aduersarius pernegat, proba tionem per iuramentum si homo fide dignus sit suffi cere, in Camera conclusum est, attenda qualitate per sonæ, ac causæ quantitate, atque alijs circumstantijs, que iudicis arbitrio remissæ sunt.

Contra laboratẽm. Ex decisione eiusdem 57. parte 4. Iacobi Misfengerij.

Sententia contra ius litigatoris, si non continet ex pressum errorem valet.

Cap. CLXII.

QUando sententia tacite se refert ad acta, & in ipsis error existit non vitatur, aliud est quando error specificè in sententia exprimitur, ideo si iudex dicat condemnno, quia probatum, & testes nihil dicant, sententia nulla non dicitur, quoniam ex aliqua confes sione coram se facta, & in actis non scripta moueri po tuit, item notorium esse potuit, & scriptum non esse. Propterea conclusum est, quod duæ relationes conformes, quantumcunque contra ius litigatoris ex eisdem actis existant, si expressum errorem non continent, nul lae minime existunt, sed excoõto mandanda sunt, præ stita cautione de restituendo in casu retractationis in causã appellations.

Quando sententia. Ex decisione Consilij Neapolitani. 28. Martini de Assillis.

Sententia lata à iudice habili, & inhabili quando valet.

Cap. CLXIII.

CUM sententia à pluribus ordinarijs lata est, si alter ex eis inhabilis est, valet, quoniam ordinarij iudices iurisdictionem habent in solidum, & cũ alio nihil con uerum

verum, Ideoque Ordinarius sine iurisdictionis consensu collegam inhabilem in iudicando admittit in facto tantum errare, atque sententiam nullam proferre non dicitur, quoniam ex iurisdictione quam habet in solidum decidisse credendum est. Potestas iudicis habilis per inhabilem non immutatur. Si tres iudices dati fuerint, cum clausula, quod duo sufficient, & illi cum tertio communicato iudicent, sententia valet, quoniam clausula inhabilitate videtur. Et versus Iudex, si cum alio procedit, sententia ex ipsius persona valet. Quare idem dicens esse, si Ordinarius cum delegato inhabili processerint conclusum est. Potestas ordinaria per inhabilem delegatam non immutatur.

Cum sententia. *Ex decisione Regni Siciliae 27. Garfia Masfrilli.*

Sententia pendente declinatoria fori, non valet.

Cap. CLXIV.

Cum vidua Forum Principis declinauerit, sententia per iudicem ordinarium lata non valet, quoniam eius manus ligata sunt. Declinare, & reculare à pari procedit, sed iudex proposita reculatione sententiam validam proferre non potest.

Cum vidua. *Ex decisione eiusdem 127. Garfia Masfrilli.*

Sententia contra rem iudicatam non valet, etiam in causa alimentorum. Cap. CLXV.

Cum iudex prius mandauerit ad ulteriora non procedi contra tertios, nisi prius contra principalem discussione facta, quod decretum in rem iudicatam transfirum fecit, iudicium eisdem tertios ad praestandum alimentum Fabio condemnare non poterat, nisi prius discussione contra Simonem patrem facta. Sententia igitur contra rem iudicatam lata non tenet. Licet post priam sententiam interlocutoriam secunda contraria ab eodem lata valeat, tamen apparere opus est, quod secundum animo revocandi priam proferat, aliis circumstantiis, vel obliuio praesumitur. praesertim quando decretum cum causa cognitione factum est. Multoque magis, quoniam principales ipsos prius discutere oportet, quam in rem iudicatam. In requirite exceptio discussionis fundata est, & ideo nec etiam a causa summaria exclusi intelliguntur.

Cum iudex. *Ex decisione Rotae Marebiae 129. Stephani Gratiani.*

Sententia ab uno ex pluribus iudicibus lata, an & quando valet. Cap. CLXVI.

Quando pluribus, vt vniuersi simul, ac complexiue potestas concessa fuit, vt pote quando verba dignitati, siue magistratui directa reperiuntur, siue ex statuto, aut rescripto, vel compromisso iudices assumpti fuerint, quia omnes vnum officium representant, indiuiduumque censetur, propterea vnus sine alio sententiam ferre non potest, cum illi soli neque iurisdictione, neque exercitium in solidum competat, quoniam non dixit sententiam, prout mandatum recepit, quam sententiam neque alter collega, neque ipsa partes ratam habere possent: Vbi enim certo tempore consensus requiritur, rati habitio subsequens actum non firmat, neque retrahitur. Neque alterum ex iudicibus vices suas alteri committere potest, viduum est: Sed haec in distincta procedunt, per cuius prolationem officium iudicis expirat: Ceterum interlocutoria vnus solus ex pluribus iudicibus ordinariis, siue delegatis ad vniuersitatem causarum ferre potest.

Quando pluribus. *Ex decisione Rotae Genuae 60. Flamini Chartari.*

Sententia non valet vigore citationis ad audiendum voluntatem Domini. Cap. CLXVII.

Illa citatio ad audiendum voluntatem Domini, nimis generalis, vaga, atque incerta est, propterea illius vi-

gore Auditor, cui causa appellationis, negotiorum principalis atque nullitatis commissi fuerat super nullitate sententiae pronunciarere non poterat, quoniam diffinitivae vim habet, & ideo nisi peremptoria pars ad ipsam audiendam citata iuerit, nulla est.

Illam citatio. *Ex decisione Rota Romana 17. De re iudicata in Nouis.*

Sententia non sustinetur, quando mandatum insufficiens productum est, etiam si sufficiens haberet. Cap. CLXVIII.

Sententiam vigore mandati insufficientis iam productam nullum modo valere, conclusum est, etiam si procurator alterum mandatum sufficiens antea habuisset, quod postea produxit, quoniam insufficienti, & non altero velle usus est, atque ad illud se restringere. Quando vero illud non produxisset scilicet fuit, quoniam nulla restrictio dari potest, & non productum processum, atque omnia acta suscipiunt, ne pereant.

Sententiam. *Ex decisione eiusdem 7. De procuratoribus Ioannis Moberdani, & decisione 383. par. 2. Jacobi Putei.*

Sententia quando sit nulla ex defectu citationis.

Cap. CLXIX.

Quando persona cuius interest, certa est, tunc citatio generalis per contradictas non sufficit, vt sententia suscipi possit: Cum igitur procurator in actis consultus non esset, & acceptauerit, atque aduocatus non nisi habuerit, sententiam illo non citato, non valere conclusum est.

Quando persona. *Ex decisione eiusdem 7. De iudicibus Ioannis Moberdani.*

Sententia lata ad instantiam procuratoris vnus ex litis conforibus non valet. Cap. CLXX.

In beneficialibus licet demum confors litis, ita vt pro alio agere possit, tamen quoniam sententia ad aoboris inuorem lata est, cum vnus vnus ab altero non dependebat, & per procuratorem alterius tantum petita esset, ad alterius fauorem non suscipitur, praesertim quia ille alterum in actis procuratorem habebat, qui alios terminos seruauerat: Confors litis suum procuratorem deputando, alterum probauisse videtur. Si procurator alterus pro altero sententiam petisset, quia procurator non erat, ideo illa inuari non potest.

In beneficialibus. *Ex decisione eiusdem 7. De procuratoribus Marcelli Cregetarij.*

Cap. CLXXI.

Nisi pars ad audiendam sententiam vocata fuerit, si per confirmationem, vel infirmationem electionis lata, nulla est.

Nisi pars. *Ex decisione eiusdem 127. Agidij Bellerae.*

Sententia super inepto libello non valet.

Cap. CLXXII.

Super inepto libello lata sententia, etiam parte non opponente, nullam esse, ita vt neque iudex appellacionis reformare valeat, sed super nullitate pronunciarere debeat, in expensis actorem condemnando: tanta est huiusmodi nullitatis efficacia, vt sub statuto nullitates nescipatim, & in specie tollente non comprehendantur. Si ineptus libelli expressè appareat, non autem tacite, & per subauditos intellectus, atque subtilitates iuris deprehendatur. In causis summarijs libellos non est necessarium, ideo si exhibuerit inemptus, sententia super collata non vitatur. Princeps si per libello inepto sententia sita est, potest, quoniam reiectis ambiguis ueritatibus, & equitatem requiritur.

Su per inepto. *Ex decisione Camerae Imperialis 66. par. 1. Andreae Gault.*

Si Sen-

Sententia an dicatur lata per iudicem incompetentem. Cap. CLXXIII.

Lect reos de iurisdictione iudicis non existeret, tamen si reconvenerit auctorem, illius iurisdictione pro rogasse dicitur, ergo sententia contra ipsum ab incompetenti iudice lata dici non potest, propterea executioni demandanda esse visum est.

Licet reus. *Ex decisione Consilij Neapolitani 27. Martii deo Afflicti.*

Sententia in confessum, an & quando valeat etiam in criminalibus. Cap. CLXXIV.

In confessum lata sententia valet, etiam iudici mini me legitime instituto, vel super inepto libello, & cita turia Parlamenti servata, ubi summariè proceditur, & facti veritate inspecta, in criminalibus autè confessio facta ad condemnandum sufficiens non existit, quando processus nullus est; sententia in confessum lata est in re locutoria, sed si aliquid dari, vel fieri continet, diffinitivè vim habet.

In confessum. *Ex decisione Craxionopolitana 120. Gnidoniae Pope.*

Sententia quibus modis non valeat.

Cap. CLXXV.

Contra primam sententiam, quæ in rem iudicatam transit, sententia lata, nullatenus valet, quoniam contra iuris notorium lata est. Sed vbi eoque de partium voluntate iterum cognoscitur mediante compromisso, pacto, vel conventionione, aut alio quovis modo de iustitia, vel ipsius iniustitia, tunc contra sententiam pronuntiari posse, certum est. Multis autem modis sententia frustratoria est, si non condemnat, vel absolvit, si contra solum in iudicio ordinem servatur, si realis est, si contra res iudicatas, si contra ius scriptum, si plures iudices dati fuerint, & vnius tantum ex his pronunciet, si propter infirmitatem ætatis iudex inhabilis reperiamur, denique si contra statutum lata fuerit.

Contra primam. *Ex decisione Regni Neapolitani 52. Francisci Duji.*

De eodem ex defectu citationis.

Cap. CLXXVI.

Si sententia in ipsa die citationis non feratur, aut immediate sequenti, non citatione opus est, aliter nullatenus valet, nam si actus in die citationis non fiat, postea factus parte non citata gestus dicitur. Illa clausula in citatione apponi solita, cum continuatione dierum, atque horarum sequentium, nimis vaga, & incerta est, quoniam diem certam sententiæ proferendæ non continet, ideoque ad comparandum non arctat.

Si sententia. *Ex decisione eiusdem 154. Francisci Pini.*

De eodem ex defectu citationis. Cap. CLXXVII.

Ob defectum citationis sententia nulla est, si per relaxatione quorundam bonorum cum fructibus, & expensis, vigore interdicti quorum bonorum contra absentes, ab urbe tempore inchoati iudicii, quamvis citatos ad Valvas Curie, atque ad domos eorum presentis habitationis, nam Rota servat, quod causa possessorijs gravis præiudicij est, ita vt sententia cum partis citatione solum prima vice personaliter facta, necessaria sit: Cum citatione autem domi facta ad sententiam diffinitivam deveniri non potest, sed super possessorio lata, diffinitiva existit. Contra vagabundum, & qui nescimus, in quo loco existat, citatio domi facta valet, secus est, quâdo scitur, ubi principalis, sit tunc enim

personaliter citandus est. Tunc citatio domi facta, valet, quando citatus in illa domo degit, at si non habitat, sententia cum illa citatione facta nulla est. Et ita illa verba solite habitationis interpretari sumus.

Ob defectum. *Ex decisione Rota Romana 119. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Cap. CLXXVIII.

Contra statutum in volumine statutorum existens, sententia lata nulla est.

Contra statutum. *Ex decisione eiusdem 136. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia post appellationem à coarctatione termini dilanorum est nulla. Cap. CLXXX.

Si post appellationem ideo interpositam, quia appellans peremptorie citatus fuit, dilationes à iure præscriptas sine causa coarctando, sententia lata est, nullius momenti extitit; quoniam peremptorium absque causa expressâ coarctari non potest: appellatio igitur legitima est, cû causam probabilè continet, ius iemperi certum est, & de veritate cause in cognitione apparebit, quamobrem iudex sententiam postea latam, vti nullam, & invalidam declarabit. Vbi appellatio iusta interposita est, iudicis iurisdictione deesse dicitur.

Si post. *Ex decisione eiusdem 137. par. 3. Pauli Amilij Veralli.*

Non valet sententia si per vtroque petitorio suspensio. Cap. CLXXX.

Petitorio suspensio, sententia si per illo, & possessorio lata nulla est, quoniam, vtriusque cumulatione parte opponente non admittitur, cum que index super vtroque procedit, nulliter agit. Multo que magis obtinere debet, vbi commissio præcisa facta est, vt in solo possessorio procedatur, agens contra formam commissionis etiam in minimo notum processum deffruit.

Petitorio. *Ex decisione eiusdem 143. par. 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia super interesse civili quando sit nulla.

Cap. CLXXXI.

Cum iudex ordinarius vna die sententiâ in causa criminali dixit, cum reservatione actionis si per interesse civile, si eadem die sententiam super interesse civili proferat, nulliter agit, quoniam sine noua citatione pronunciare non poterat.

Cum iudex. *Ex decisione eiusdem 146. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sententia annullans sententiam, nonnullat processum. Cap. CLXXXII.

Processus potest esse validus, & sententia nulla, vbi igitur alter alteram nullam declarat processum iniciare non dicitur. Cum dictio tantum in oratione affirmativa ponitur, omne aliud præter positum negare dicitur, & respectu rerum, & personarum.

Processus. *Ex decisione eiusdem 148. parte 2. Pauli Amilij Veralli.*

Terminus ad articulandum quando incipit esse de substantia iudicij.

Cap. CLXXXIII.

Vbi terminus ad articulandum servatus non fuerit, sententiâ nullam esse, eòculum fuit, nec suffragatur citatio ad videndum admitteri articulos, quasi per æquipollens servatus fuisset, quoniam hoc procedit in termino

termino addicendum contra. Item partem articulos dantem tantum respicit, sed terminus ad articulandum utriusque parti communis est: Huius terminum esse de substantia iudicii, post Verbum *Quintum*, in Rota conclusum est. Per constitutionem Innocentij illi tantum termino retrahere dicitur, qui male nulliter, & inculcare tenti sunt, non autem termini, qui quoniam tenti fuerunt, & ita pro nullitate sententiae conclusum est.

Vbi terminus. *Ex decisione eiusdem 149. parte 3. Pauli & Emiliij Veralli.*

Sententia lata à subrogato primo iudici ex eisdem actibus valet. Cap. CLXXXIV.

NVlla ob in iudicij defectum sententia dicenda non est, si à subrogato in locum primi iudicis lata fuerit, coram quo termini femati fuerant, atque vigore specialis commissionis reterati, quia de nouo coram subrogato seruandis, ac reterandis non sunt; & ideo citatio ad videndum decerni alimenta, bona iudicata sunt: I qui in locum primi iudicis mortui subrogatur, illius acta sequi debet, itaque etiam respectu subrogati instantia durare dicitur, sed in prima instantia alimenta decernenda sunt, in causâ alimentorum terminorum obferuaria faciendâ non est.

Nulla. *Ex decisione eiusdem 259. parte 2. Pauli & Emiliij Veralli.*

Eadem die fertur sententia, & formatur petitio in Rota. Cap. CLXXXV.

FRustra queritur in Rota, an sententia sit conformis libello, cum ex processibus, atque probatis iustificari possit. Et communis illius practica existit, vt eadem die, qua sententia proferta, ipsa petitio secundum studium, atque probata forent.

Frustra. *Ex decisione eiusdem 162. parte 2. Pauli & Emiliij Veralli.*

Sententia quando sit nulla defectu citationis, si quis protestatus fuerit se velle citari.

Cap. CLXXXVI.

PER protestationem passiuæ citationis colligans factus dicitur, Ergo vt sententia valuerit, illum citari opus erat, & personaliter, quoniam de beneficiorum priuatione agebatur. Illa facultas citandi absentem per edictum in re scripto concessa, de iure communi interpretationem recipit. Præterea inter citationem per edictum decretum, & sententiam prolatæ tempus, octo tantum dies intrauerunt, adeo vt ad absentium notitiam peruenire non possent, ergo pro nõ facta habenda est. Item citatio contra principales, & procuratores decreta sunt, & tamen procuratores citati non fuerunt, ergo sententia lata nulla est, & Animo protestanti non officit. Non enim tanta dilatio saltem data fuit, vt adeius notitiam peruenire potuisset, & multo minus, vt comparuisset.

Per protestationem. *Ex decisione eiusdem 261. parte 2. Pauli & Emiliij Veralli.*

Cap. CLXXXVII.

SI eadem commissionis cauæ die sententia dicta est, non valet, quoniam debita cauæ cognitio interuenire non potuit.

Si eadem. *Ex decisione eiusdem 344. parte 1. Iacobi Patris.*

Sententia contra cedentem non nocet cessionario. Cap. CLXXXVIII.

Sicut sententia contra mortuum naturaliter lata nõ valet, ita neque contra mortuum ciuilitate, sed ce-

dens pro mortuo ciuilitate habendus est: sicut per mortem naturalem lis non extinguitur, ita neque per mortem ciuilem, quoniam ad litem substantiam non requiritur haberi ius, & litem sustentatio post cessionem facit, vt in expensis condemnationis possit, quarum respectu sententia valida erit, ne iudicium dissolutioni reddatur. Quamobrem sententia contra cedentem lata, respectu cessionarij nulla est, & ita appellatio per eum interposita, & defecta non obicit.

Sicut (sententia. *Ex decisione eiusdem 80. parte 3. Iacobi Patris.*

Sententia nulla excusat à lapsu fatalium. Cap. CLXXXIX.

AFatalium lapsu sententia nulla excusat, quoniam lex illius negligentiam punit, qui in ista tempus cauam expedit non fecerit, sed per sententiam nullam iurisdicij iudicis delegati expirant, ergo cautâ finita est, quia iudex officio suo functus est.

A fatalium. *Ex decisione eiusdem 374. parte 2. Iacobi Patris.*

Sententia est nulla si non fuit seruatus terminus ad primam sententiam. Cap. CX.

DEfectus citationis ad sententiam reuelus est, vt nullitatem inducat, quatenus terminus seruatus nõ fuit, nec per actorem contumacia defectus hunc effectum operatur, vt citatio circumdacta dicatur, ergo sententia sine citatione nulla redditur. Cum igitur coram secundo iudice nullitas principaliter intentata esset, ergo primam sententiam confirmare non debuit, & confirmando iniustitiam scisse dicitur, sed iniustitia notoria ex actis, nullitatem facit. Cumque de dominio constaret, ideo in solo possessore pronuntiare non debebat, hoc autem licet iniustitiam percipiat, tamen ad nullitatem inferatur.

Defectus. *Ex decisione eiusdem 11. De re iudicata. Casaris de Grassi.*

Cap. CXCL.

Hanc sententiam nullam existere conclusum est, quia spatiodecem, vel vndecim dierum à commisione præsentata, lata fuit, & ita pendente termino ad articulandum, qui est ad decimam quintam diem in Rota, neque infra illud spatium termini substantiales seruari potuerunt. Atque sententia ex actis non iustificaret, quia actor attentionem suam non probauit, notorie iniusta est.

Hanc sententiam. *Ex decisione eiusdem 13. De re iudicata. Casaris de Grassi.*

Sententia lata pro actore contra substitutum procuratorem ab ipso vt procuratore generali nõ non valet. Cap. CXCLII.

PER viam nullitatis sententia renocata fuit, ex quo actor, vt generalis procurator rei, alterum procura-torem substituerat, contra quem processerat, & sententiam reportauerat: Nam manifesta collusio est, Item reus, qui actorem generalem per actorem constituerat, etiam ad causas mouendas non est credendum contra se me ipsum deputare voluisse, sed potius vt ipsum defenderet. In generali concessione nunquam venit, quod quis in specie verisimiliter concessurus non fuisset. Mandatum generale non comprehendit, vt contra Dominum constituentem agere possit.

Per viam. *Ex decisione eiusdem 4. De re iudicata. Marcelli Crescentij.*

Sententia contra communitatem citatam indefensum est nulla. Cap. CXCLIII.

Contra communitatem indefensum, licet citatam, sententia lata, nulla est, cum Respublica minoris in re utatur, sed si minor citetur, & curator ei non datur, vel non defendatur, sententia non valet. Quamobrem actor communitati non parentem defensorem deputari petere debet, vt sententia validitatem habere possit.

Contra communitatem. Ex decisione eiusdem 9. de re iudicata Marcelli Crescentij.

Sententia tres conformes quando dicantur.
Cap. CXCLIV.

Si vltima sententia sup sola appellationis defensione lata est, & duæ precedentes sup negotio principali, tres sententia conformes dici non posse visum est, quin index cui nullitatis causâ commissa est, ne executio fiat, inhibere possit: de nullitate enim solum dici prohibetur vbi tres sententiæ conformes sup per ipso negotio dicte fuerint.

Si vltima. Ex decisione eiusdem 3. de re iudicata in Antiquis.

Sententia est nulla si ante protestationem contra defectum mandati. Cap. CXCV.

Pro nullitate sententia conclusum est, tum ex defectu non obseruationis terminorum substantialium, in quibus ciuilitate tantum agebatur, neque bulla si quar ti quiquam facit, cum tantum in Rota locum habeat, terminorum aut obseruationis, defensiones essent, defectumq; citationis percipiunt. Neq; facultates Gubernatoris intrant, nisi in causis criminalibus, vel mixtis. Tum etiam ob defectum mandati, nam licet obtinens verè procurator existeret, de illius mandato non consultabat, sed ab aduersario protestatum fuerat, nisi docto de legitimo mandato non audiri, ideo sententia contra partis protestationem lata, ipso iure nulla existit: Ipsa protestatio generaliter de gestis, & gerendis facta est, & quasi in omnibus reperta fuit. Quando pars opponit, notarium nominare non sufficit, tunc enim plene de mandato docendum est, saltem per fidem à notario subscriptam. Per processum ad vltiora in index tacite protestatione reuocis videtur, sed aduersarius semper protestationem repetiit, ergo reiectioni acquiescisse non videtur. Item in ipso actu prolationis sententia protestationem repetiit. Propterea index nulliter egisse dicitur: si quis scierit non falso procuratore hitem habere, non impeditur, quo minus semper mandati exceptionem opponere possit. Quando verò mandato producto, persona apte obata est, exceptio delectus mandati opponi non potest.

Pro nullitate. Ex decisione eiusdem 105. parte 1. in Nouissimis Rphallery.

Sententia post inhibitionem nullam quando non valet. Cap. CXCVI.

Post inhibitionem emanatam vigore commissionis auocatoria, & surrepticia, & in iudictionem non tribuentis, sententia lata attentata est, quoniam de stylo Rote tenenda est, quamuis de iure sperni possit.

Post inhibitionem. Ex decisione eiusdem 72. parte 3. lib. 2. in Nouissimis Fabij.

Sententia post duas sententias nulliter latis dicitur prima, non tertia. Cap. CXCVII.

Calafora duas sententias sine titulo obtinuerat, mox Baldassinus suum titulum anteriorum produxit, idq; illarum reuocatione obtinuit Calafora autem ti-

tuli Martini resignantis produxit, qui illo anterior est, Ideo dubitabatur, vtrum sententia nunc ferenda prima, vel tertia dicenda sit, & pro prima conclusum est, quoniam duæ primæ sententia confirmari non possunt, cum constet iurium per illas canonizarum, validum non existere, eo quia alij validiores sunt.

Calafora. Ex decisione eiusdem 863. par. 3. lib. 3. in Nouissimis Tholomei.

Sententia eadem die lata, qua petiitum est iuramentum calumniae est nulla. Cap. CXCVIII.

Post protestationem, eadem die de calumnia iuratum est, & sententia dicta est, ideo sententia nulla esse diximus, quoniam in termino citationis ad sententiam protestatio iuramenti calumniae facta est, ergo ante illam petiitum intelligitur, quæ in vltima dici parte ferri debuit, si igitur ante sententiam iuratum non est, processus in totum conuicit. Hoc iuramentum propter publicam vtilitatem introduci est, ideo index expressè remittere non potest, etiam si actor intentionem suam probasset: Itaque multo minus acite reuocis preiudicium.

Post protestationem. Ex decisione Collegij Pisani 190. Doctoris Maria.

Sententia contra rem iudicatam non valet etiam de consensu partium. Cap. CXCI.

Contra sententiam in rem iudicatam transactam, nulliter pronouciatur, nam cum distincta nisi aliud sit, quam vltimus finis, ideo omnem alium interdicti, atque annihilati. Victoria perpetuum causam habet, atque effectum substantialis incommutabilem, quoniam nemo ille, qui in perpetuum vincit, perdere non potest: Neque partes secunda sententia ferenda consentium prestare possunt. Aliud enim est renuociare primam, aliud secunde simpliciter consentire, nam cum sententia nulla existat, & consensus accessus nullus est.

Contra sententiam. Ex decisione Rotæ Marchia 197. Stephani Gratiani.

Sententia nulla quando non possit confirmari etiam de partium consensu. Cap. CC.

Cum feriatur tempore in honorem Dei sententia lata fuerit, etiam si vtriusque partis consensus accesserit, vel in spiritualibus versaretur, nulla est, iudex enim eo tempore iurisdictionis exercicio omnino caret: Vbi defectus substantialis est ratificatio sequi non potest. Neque per appellationem consualidari potest, si acta legitime facta non fuerint. Ex noua ordinatione iudices per mensum ante recessum sententias ferre non possunt, iccirco lata vnica tantum ante discessum die feriata confirmari non potest. Item contra formam constitutionis lata est, nimirum registro non facto, per quam pronunciaro prohibetur, & pendente relatione Principi iubenti facienda: Etiam dilacione pendente vtriusque parui ad opponendum contra processum ab ipso publicatum concessa.

Cum feriatur. Ex decisione eiusdem 144. Stephani Gratiani.

Sententia lata in termino prorogato an sit nulla.
Cap. CCI.

Dilacione pendente iurisdictionis exercitio conuocis fit, ideo sententia lata nulla est, idem in termino prorogato dicendum est, qui idem cum principali existit: Si prorogatio notificata non est, non afficit, quò ob rem absque innipatione parti facta septuaginta nulla non redderetur, & propterea sententia valere conclusum est. Dilacione. Ex decisione Regij Siciliæ 23. Goffi Mellis.

Senten-

Sententia, an & quando valeat sine præuia citatione.
Cap. CCII.

Si præuia ad sententiam citatio non fiat, nulliter ipsa profertur, sed cõtrarium in Imperiali Consistorio, tam in sumarijs, quam in ordinarijs obseruatur, vbi prima citatio generalis ad totam causam sufficit, quæ si legitime, & peremptorie in ipsius rei personâ facta fuerit, postquam ipsi copiam non fecerit, progressus ad omnes actus iudicarij fieri consuevit, etiam vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue, sine alia citatione: si vero generalis illa citatio per edictum facta esset, nisi præmissa speciali citatione ad audiendam sententiam, diffinitiuè prononciari non solet.

Si propria. *Ex decisione Camera Imperialis 71. par. 1. Joachimi Misyngerij.*

Quando sententia, & acta sint nulla.
Cap. CCIII.

In casu incompetentiæ, quando iurisdicctio limitata est, priuatiuè ad alia iudicia, vt in iudice casuali Indiar, & Guineæ, non solum sententiæ, sed etiam acta nulla declarantur solum est.

In casu. *Ex decisione Regni Lusitania 129. Antonij Gema.*

Sententia, an dicatur nulla si error in ea non exprimitur.
Cap. CCIV.

Si iudex inferenda sententia, ex actorum inspectione errasse videtur, sententia non iccirco nulla est, quoniam expressus error requiritur, vt vitietur, vt quia super libello incepto lata, cuius error semper in sententia expressus dicitur, ad quem ipsa referatur, vel quando fundatur in probatione à iure reprobata, aut expressè ad acta referatur, ita vt aliunde iudicem non fuisse motum appareat.

Si iudex. *Ex decis. Regi Bononiensis 33. Cesaris Barzj. Duo decreta Curæ, & Consilij, in eo in quo concordant, reclamantur: ea excludunt. Cap. CCV.*

Cum magna Curia causam religioni simpliciter remississet, Nostri Prætorum, quò ad delicta, ante assumptum habitum, commissa, eidem Curie commisit, quæ decretum per eandem laturum. quò ad personalem distractionem, executioni mandet. Dubitatur est, an quò ad personalem distractionem, decreta cõformia sint, vt reclamatio nullatenus admittatur, & valde discussio negotio, pro affirmatiua resolutum fuit; Sententia quò ad natum causæ intelligitur, siue primæ obligationis, super qua lata est, siue simpliciter, siue ahermatiuè profertur. Cum igitur indubitatum sit, vt quò ad bona, coram iudice laico causâ remanere debeat, & quò ad personam ad ecclesiasticum remitti, ita illi Curiam fecisse, ac iudicasse, censendum est. Prefertim, quia ipsius persone remissio petita fuerat: Alia Consilij verbi pro declaratione apposita, nihil noui addiderunt.

Cum magna. *Ex decisione Consilij Neapolitani 710. Vincenij de Francis.*

Sententia quando sit nulla ex defectu iurisdicctionis, & confirmari non possit.
Cap. CCVI.

Gubernator Interamni vt iudex ab Auditore Camere delegatus prononciavit, qui casus extra Curiam committendi facultatem non habet, sententia igitur ex iurisdicctiois defectu nulla est, Neq; in vim iurisdicctiois prorogatur sustineri potest, quò vt delegatus processit, nec probatur speciale mandatum, quò ad iurisdicctioem prorogandam necessarium est. Quamuis sententia nulla bonum ius contineat, tamen parte op-

ponente, confirmari non potest.

Gubernator. *Ex decisione Rota Romana 714. parte 4. in Nouissimis Ortembergi.*

Sententia contra inhibitionem est nulla.
Cap. CCVII.

Nullitas sententiæ ad oculum patet, quia post inhibitionem Rotalem lata fuit, generale enim est, quò vbi iudex facit contra prohibitionem etiam hominis inhibentis, actus est ipsi iure nullus.

Nullitas. *Ex decisionibus eiusdem 94. & 95. parte 4. in Nouissimis Orani.*

Sententia non valet pendente termino ad articulationem.
Cap. CCVIII.

Cum commissio die 25. Iunii præsentata fuisset, Sententia die 5. Iulij profertur nõ potuit, lata igitur infra vndecim dies, & pendente ad articulationem termino, quindecim continente, nulla est, infra hoc tempus termini substantiales seruari non poterunt.

Cum. *Ex decis. eiusdem 67. par. 4. in Nouissimis. Grassi.* Sententia lata non visis actis probatorijs, an, & quando valeat.
Cap. CCIX.

Locet sententia, actis probatorijs non visis, nulla existat, hoc tamen non procedit, quando altera pars suas probationes produxit, & altera admodum negligens in transportando fuisset: Nam iudex super productis prononciare potest, & quamuis monitione iudicis ante sententiam opus erat, tamen termini substantiales pluries reiterati pro monitione, ac iussu iudicis sufficere videntur, quoniam rei defensionem atq; causæ cognitionem respiciunt; Conclium Tandennum in causâ appellatiõnis loquitur, non autem quando partium altera eidem met iudici aliqua acta non exhibet, de mandato ipsius coram subdelegato facta: Nam casus omiffus, sub iuris communis dispositione remanet.

Licet. *Ex decisione eiusdem 70. par. 4. in Nouissimis. Robusterij.*

Sententia est nulla ob non integram actorum transportationem, coram omni iudice.
Cap. CCX.

Ob non integram actorum transportationem, sententiam nullam existere, pluries iudicari fuit, neque obster irrelevantia, quia vbi aliquod à lege inductum est, qualitas rei, vel persone non attenditur. Summarum testium non sufficit, quoniam ab integro corti dictis, valde differt, Nec refragatur, quòd de gestis corti Episcopis Conclium loquitur, quoniam Rota semper intellexit, vt procedat coram quocunque iudice.

Ob non. *Ex decisione eiusdem 107. parte 4. in Nouissimis Blanchetti.*

De eodem. Cap. CCXI.

Sententia in executione literarum (si in euidenti) ab Epõ ciuitatis Castellæ lata, nisi visis actis, ex dispositione Conclij, reuocari non potuit, ex processu autè producto, plura omiffa fuisse, apparet, quæ adponenda erant, ex fõ articulis de iniuncta illius consistente nõ potuit, quoniam dicta testium necessaria erant, qui super articulo, & tota causâ veritatè dicere iurauerat, quamobrem, etiam vltra articulos deponere potuerunt. Insantes citari non poterunt, vt in iudicio comparuissent, etiam si citator à iudice datus fuisset, & cum essent plures tutores, vnum tantum citasse, non sufficit, & cum neque tutor, neque curator datus ad defendendum comparuissent sententia ipsi stare nullo modo potest.

Sententia. *Ex decisione eiusdem 104. parte 4. in Nouissimis Plati.*

Concilium Tridentinum, de actorum transportatione disponēs, etiam in propriis locum habere, reſoluitur fuit, cum igitur Cameræ Auditori commiſſum eſſet, vt ſententiam Rotæ Bononiensis reuocaret, conſulto ſibi ſummario, & quantum ſufficere poſſe videretur, quod à Prætorè Bononiæ pronunſiatum non fuiſſet, quæ negatiua ex actoris inſpectione probanda erat, cū etiam commiſſum fuerit, q̄ ſententiam Ioachini, pro vt iuris fuerit, reuocaret, ergo iuris diſpoſitio, ipſiusq; cōcilij ſuper proceſſum in transportatione ſignari debuit. Illa clauſula, conſulto de premiſſis, ad omnia narrata referenda eſt. de quibus, niſi viſis proceſſibus, cotam illis iudicibus agitari, conſtare non poterat, quare A. C. Joachini ſententiam reuocans, atq; ad illos iudices executionem remittens, non viſis proceſſibus cotam eisdem ſadis, qui coram Ioachino etiam transportati fuerant, nulliter ſententiam dixit.

Conſilium. *Ex deciſione euſdem 106. parte 4. in Nouiſſimis Plati.*

Sententia lata contra formam reſcripti eſt nulla.
Cap. CCXIII.

Si forma reſcripti Apoſtolici ſeruata non fuit, ſententia lata nulla eſt, Iacobus enim accuſationis in forma iuris iubēdere debebat, quem ad modum exprēſe in literis Apoſtolicis iubebant, & quamuis de iure ciuili ad talionis pœnam in viſu eſſe deſerit, tamen cū ad beneficii priuationem agitur, ita ſe inſcribere de iure canonico debet, atque ad eandem pœnam obligare, ſi accuſator non probans, cuiuslibet pœnam pati non poteſt, alia iudicis arbitrio pœna puniendus eſt.

ſi forma. *Ex deciſione euſdem 119. parte 4. in Nouiſſimis Opyi.*

Cum Papa mandaret, bona in locatione cōprehēſa ſpecificari, & abſoluitus ſuis fuerit, qui conditionem denotant, atque formam inducunt, vt ſcilicet extenda, vel ceſſante locatione, tempus pro tempore exiſtens, de quantitate terrarū locatarum certior redderent, neglecta qualitate ſanctificatione, confirmationis ſententia nulla erōit. Item reſcripſit, quod poſtquam legitime de locatione conſultiſſet, illam authoritate Apoſtolica confirmarent, nec dum legitime, quod plenam probationem importat, ſed nec vllō modo locatio ad iudicium nouam deducenda fuerit, niſi per dictū vnus teſtis, cuius dicto inſtrumenti tenor repugnat, ex eodem etiā in capite nulla fuit, cum de ſubiecto confirmato prius apparere oporteat, vt confirmatio fieri poſſit, cum locatio in perpetuum facta eſſet, iudiceſque ad tertiam generationem cōfirmarēt, locationis notiſia habuiſſet non preſumunt, aliud enim eſt, q̄ Papa petitionem moderauerit, aliud quod de e iudicibus conſiſterit, prout Papa ordinauerat, ſed data vtriuſque concurrentia, forme defectus indubitatim remanet.

Cum Papa. *Ex deciſione euſdem 189. parte 4. in Nouiſſimis Orani.*

Sententia ex defectu citationis, & plus debito contentens, nulla eſt. Cap. CCXV.

Citationis defectus ad ſententiam manifeſtus eſt, nā cum mandatum eſſet priorē pro vltima die Aprilis ad ſententiam citari, quatenus iuridica eſſet, alias pro prima die non ſeriatā, in omnem euentum ſecunda, vel quarta, non autem quinta die menſis pronunſiari debet. Cumque eundem Priorē conſentiaſſet ad re-

lationem poſſeſſionum decimarum, vñ cum reſiſſione omnium fructuum inſoludum, atq; certum eſſet ad illum in hoc iudicio non vocatum, partem fructuum tantum penſiſſe, tanquam plus debito continens, in totum nulla redditur.

Citationis. *Ex deciſione euſdem 26. parte 4. in Nouiſſimis Orani.*

Sententia nulla ex citationis defectu, parte opponente, confirmari non poteſt.

Commiſſio facta legato, ad ſucceſſorem non tranſit, ideo ex iurisdictionis defectu valida non eſt, Niſi in facultatibus ſucceſſori conceſſis, clauſula conſuetā appoſita eſſet, vt cauſas reſuſcitaret, quæ indecitate, coram prædeceſſore pendebant. Nullitas autem ex citationis defectu releuans eſt, quia in mouitione ad audiendam ſententiam, neque dies, neque menſis, vel annus appoſitus eſt, ſed in albo reſcripto eſt, ideo ſententia exinde lata, nulla eſt. Stylus in partibus probatus nō fuit, quambrem de iuſtina, vel iniuſtita diſputare non oportet, cum ſententia nulla, parte opponente, confirmari non poſſit, ſed ſuper nullitate pronunſiandum eſt.

Commiſſio. *Ex deciſione euſdem 53. parte 4. in Nouiſſimis Plati.*

Sententia eſt nulla, ſtante citatione circūduſa.
Cap. CCXVII.

Cum terminis ſeruatis non fuerit, neque per adorem partis contumacia accuſata, ipſa citatio circūduſa dicitur, & ita ſententia ſine citatione nulla redditur. Cum coram ſecundo iudice, nullitas principi palter intentata fuiſſet, ille primū confirmare non debuit, & ita iniuſticiam feciſſe dicitur.

Cum terminis. *Ex deciſione euſdem 70. par. 4. in Nouiſſimis Graſi.*

Sententia eſt nulla ex defectu iurisdictionis, ſi non præceſſit citatio ad dicendum contra commiſſionem. Cap. CCXVIII.

Limitatum mandatum procurator habebat, vt propter nouam adionem citari non poſſet, ergo citatio ad cauſam nouam, vñ minus legitima nullam ſententiam, tonique proceſſum ſcit, cum etiam nemo ad dicendum contra commiſſionem citatus fuiſſet, ſententia etiam ex iurisdictionis defectu nulla redditur. Obſeruatō terminorum ſubſtantialium, iurisdictionem firmatam eſſe præſupponit, & quid diu erium eſt a citatione ad dicendum contra commiſſionem.

Limitatum. *Ex deciſione euſdem 121. parte 4. in Nouiſſimis Sacrat.*

Sententia Gubernatoris vrbis lata non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, & contra proteſtationem partis eſt nulla.
Cap. CCXIX.

Si ciuilitate tantum agitur, & termini ſubſtantiales coram Gubernatore vrbis ſeruati nō fuerint ſententia ab ipſo data, nulla eſt, quia illa obſeruationes deſenſiones ſunt, atque citationis defectum percutunt. Gubernatoris facultates in caſiſus criminalibus, vel mixtis obſeruant. Cum de mandato obſeruant ſententiam non conſer, atque ſæpius oppoſitum fuerit, niſi docto de legitimo mandato nō audiri, ſententia contra partis proteſtationem lata, non valet, quamuis ille vice procurator exiſteret. Cum proteſtationem ſemper repererit, etiam in ipſo actu prolationis ſententia, & poſtea ab ipſa ſententia appellauerit, ergo tacite illi iudicis reſcriptio.

releccióni, per processum ad vltiora acquisisse non dicitur.

Si civiliter. *Ex decisione eiusdem 31. parte 4. in Nouissimis Robuiterij.*

Sententia A. C. est nulla ob defectum terminorum, etiam in executum. Cap. CCXX.

Etiam in iudicio executiuo, qui per sententiam absoluti vult, terminos substantiales seruare debet, coram Auditore Camere, si causa ducentorum scutorum summam excedat, hos terminos seruati opus est; Breuitas temporis est aperta nullitas, si prima die commissio presentata fuit, & secunda sententia lata est. Sententia nulla in rem iudicatam transire non potest. De nullitate, regitua annorum spatio dici potest. Arte opponit, sententia nulla, iustitiae pretextu, confirmari non potest. *Etiam. Ex decisione eiusdem 109. parte 4. in Nouissimis Blanchetti.*

De eodem. Cap. CCXXI.

Quamuis ex ommissione terminorum substantialium coram Auditore Camere, nullitas comprehensa in bullis Pontificis non oriatur, tamen hos terminos de iudicio substantia esse, sufficit, Bulla enim non tollit actum nullitatem, quae ex forma non seruata prouenit, Neque citatio pluries repetita in conclusione cause ad videndum reiterari omnes & singulos terminos nulliter, ac male tentos, huiusmodi defectum sanant, si quidem termini nullo modo seruati, reitratari non possunt.

Quamuis. *Ex decisione eiusdem 351. parte 4. in Nouissimis Orani.*

Termini semper seruandi sunt, non obstante commissoe contraria. Cap. CCXXII.

Etiam si facultas data esset, procedendi absque terminorum obseruatione, nihilominus si substantiales seruati non fuerint, sententia nulla est.

Etiam. *Ex decisione eiusdem 722. parte 4. in Nouissimis Litta.*

Sententia, non seruatis terminis, est nulla, ex defectu iurisdictionis. Cap. CCXXIII.

Potestas corrumpit, si termini substantiales integraliter seruati non fuerint, & sententia ex defectu iurisdictionis est nulla, quoniam pendente dilatione iudex pronuntiare non potest: si iudex dilationem renouat, termini substantiales seruati non fuissent. Postquam quis comparuit, & protestatus fuit, per contradicendum amplius procedi non potest.

Potestas. *Ex decisione eiusdem 64. parte 4. in Nouissimis Braui.*

Sententia est valida per reiterationem terminorum substantialium. Cap. CCXXIV.

Auditor Camere reiterandi terminos etiam nulliter, ac male tentos, sub vltima citatione facultatem habet, & sufficit de seipso palati, quod a die introductio nis causa, vsque ad latam sententiam diem, rot audientiae in re tuerentur, vt seruati ponerentur, quia licet postea in ordinata, atque nulliter seruentur, tamen per reiterationem huiusmodi defectus sanantur. Nec commissio ordinatum ipsius iurisdictionem alterat.

Auditor. *Ex decisione eiusdem 66. parte 4. in Nouissimis Seraphini.*

Sententia ob non praestitum calumniae iuramentum, confirmari non potest. Cap. CCXXV.

Sententia nulla, parte opponente, confirmari non potest, quamuis de ipsius iustitia apparet, & cõ ca-

lumniae petitum iuramentum, praestitum non fuisse, notoria nullitas apparet, & ita re ipsa iudicium legit.

Sententia. *Ex decisione eiusdem 51. parte 4. in Nouissimis Litta.*

Sententia est nulla ante productionem mandati pro testati. Cap. CCXXVII.

Si protestatum fuit, nisi docto de legitimo mandato, comparentem non studii, mandatum executiuum nullum est, ante procuratorum productionem concessam, si vero protestatum non fuerit, quomodo hodie conlert, factis est, ad effectum, vt acta facta subsistant.

S. protestatum. *Ex decisione eiusdem 196. parte 4. in Nouissimis Mellini.*

Sententia est nulla, data a iudice, cui commissio erat causa per memoriale.

Cap. CCXXVII.

Memoriale iurisdictionem non tribuit, & quando dedisset, per concedentis mortem expirauit, praesertim cum eo viuente neque detecto, neque executio citatio fuisset, Item sententia nulla est, quia non apprehensa prius principali, per citationem ad valias processum fuit, & quia iurisdictionis penitus expirauerat, citatio vigore memorialis executio, nulla exitit.

Memoriale. *Ex decisione eiusdem 41. parte 4. in Nouissimis Seraphini.*

Sententia extracta a notario absque iudicis autoritate, non probat.

Cap. CCXXVIII.

Ita sententia in fama probanti non est, quae absque iudicis autoritate, extracta fuit, si notarium extrahere causa actuarium non esse probetur, Item quia pars citatio necessaria erat, Neque notarius manus recegit, pro ut saltem per comparationem oportebat, Neque applicari, quod in scriptura antiqua, recognitio non sit necessaria, praesertim concurrente obseruantia, de qua testes, pro Abbate examinati, deponunt, Quoniam testes nulliter examinati, non probant. Ex quibus saltem praesumptionem faciunt, tamen de certo tempore cum copula, & citra, non deponunt, ideo nullum ex eorum dictis adminiculum, siue praesertim opinio de sumi potest, quae Abbati suffragari possit.

Ita. *Ex decisione eiusdem 623. parte 1. in Nouissimis Gipsij.*

Sententia an & quando sit concipienda in numero singulari, vel plurali.

Cap. CCXXIX.

Inter coniudices eiusdem ordinis, parique autoritatis, sententia omnium nomine, in plurali numero concipienda est, sed ubi iudices conditionis disparis sunt tam respectu iurisdictionis, quam causae, sententia, eius nomine concipienda est, penes quem, tanquam caput iurisdictionis remanet, de consilio tamen, aliorumque consensu, cum quibus in causa proceditur, & ita verba Concilii expressè inuunt, & per sacram congregationem resolutum fuit, quoniam Episcopus iurisdictionem in canonicos, & capitulum habet, Nec est bona consequentia Episcopus debet de clericorum consilio, & in eorum praesentia iudicare, ergo sint iudices, quia idem de affectibus dicendum esset, quod valde erroneum est.

Inter. *Ex decisione eiusdem 738. parte 4. in Nouissimis Seraphini.*

SEQUE.

SEQUESTRV M

De duplici sequestratione. Cap. I.

NOri inris est, se questrationem esse duplicem, al-
teram voluntariam, siue conuentionalem, qñ
re litigiosa sequestranda conueniunt, alteram necessa-
riam, siue iudicalem, quæ fit à iudice, partibus conten-
dentibus in iudicio de re litigiosa, vt de instrumentis cõ-
manibus ceterar, & iudex mædet ea deponi, vel seque-
strari apud aliquem, vel quia iudex videns controuertẽ
tes esse in prociñctu armorum, rem illam, de qua litiga-
tur, partibus inuitis adimat, & alicui credat, donec cau-
sa in iudicio finiatur. In malis autem casibus sequestra-
tio est permissa. Quid si de re mobilis habetur, & is q
rem possidet, de fuga suspexit existat? Quid si res mo-
bilis, aut immobilis penes aliquem existat, qui eam dila-
pidat, aut fructus populenr? vt est in marito ad inopiã
vergente. Item in populatore fructuum, Quid si conu-
max de conferendis bonis caute nolit, vel v cui per fi-
deicommissum relictaum est, fideicommissario caute
nolit, aut fideicommissarius hæredi. His, & similibus
caibus Magistratu licitum est, ad sequestrationem p-
gredi. Item obtinet quando eumque in alicuius senten-
tiæ executione aliquis scrupulus, vel aliqua mora ex-
istat, quia tum victor, rem sequestrari, petere poterit, se-
questratio autem per solam satisfactionem, siue fidei-
fionem evitari potest.

Noti. *Ex decisione Camera Imperialis 35. parte 5. Do-
chimbi distingeri.*

Sequestratio quando locum habeat.
Cap. II.

SEquestratio tum demum locum habet, quãdo à dis-
finitua appellatum fuerit, atque ipsa dilapidatio le-
gitime probetur, quam allegare duntaxat, non sufficit
sed probatione opus est. Quamobrem sequestrationem
petens, articulis super dilapidatione aduersarii pos-
sidentis rem litigiosã curam iudice appellationis exhi-
bere, quibus admittis, & pbatu fieri debet, & ita in Ca-
mera obseruatur. Si ab executeore, qui modum execu-
tionis excessisse dicitur, appellatum fuerit, appella-
tio pendente res mobiles, vel fructus ipsarum sequestra-
ri debent.

Sequestratio. *Ex decisione eiusdem 147. parte 1. An-
drea Gaill.*

Sequestratio rei tempore petitiõis in lite pendente per
mitti debeat. Cap. III.

OMnis sequestratio lite pendente, ante sententiam,
vtrouque iure, prohibita est, quoniam ab execu-
tionis iudicium inchoare non oportet, & possessore du-
rante lite, commodo siue possessionis priuare. Quando
autem timor dilapidationis subest, vel intentus rei, q
sequestrari petitur, tunc lite pendente, res immobilis, q
seruando seruari potest, sequestranda est, ne iudiciũ eli-
sionum fiat, & executio inanis reddatur, Mobilis verò,
quæ atatem, & moram litis non fert, sed tempore fit
deterior, vel omnino perire potest, lite pendente, iudicis
officio implorato vendi, atque pretium loco rei seque-
strari poterit, & ita in Camera iudicamã est. Proprie
dicuntur res, quæ seruando seruari non possunt, quan-
do ultra triennium in naturali sua bonitate siue corrup-
tione conseruari nequeunt. Sequestratio autem in ca-
sibus permissis evitari potest, si idonea satisfactio de re-
bus conseruandis præstetur. Aliquando iuratoria cau-
tionis sequestratum tolli potest, si persona illam offerens,

vite integritate conspicua fuerit, atque probatẽ existima-
tionis. In quam sententiam Camera Imperialis quo-
que descendit.

Omnis. *Ex decisione eiusdem 148. parte 1. Andrea Gaill.*
Sequestrum in causa matrimonii an, & quando
faciendum. Cap. IIII.

CVM matrimonium inter Annam, & Ioannem con-
tractum, atque consummatum esset, ideo à seque-
stratio incipiendum non est, præsertim, quia nemo lite pẽ-
dente sua possessione priuandus est. Tunc ad inflãmiam
timentis executionẽ fieri non posse, mulier sequestran-
da est, quando virgo est, vel corrupta, & contra matri-
monium agitur, secus est quando seclidus maritus pos-
sidet, & matrimonium plene probatum est, ac consu-
matum. Quare sequestrum etiam propter potentia &
fauorem aduersari denegandum esse conclusum fuit.
Propter potestatem vice regis mulier sequestranda nõ
est, quia petens sequestrum de Anna fieri, sperabat q
vicerex literis executorialibus pariturus esset, & tan-
to magis quia ad Imperatorem, qui Regni Dominus est,
refugium habere poterat, in euentum quod ille execu-
tionem facere disiceret, eoque magis cum Antonius li-
teras à Vice-regi impetrasset, vt sententiis rotalibus
obediaret.

Cum matrimonium. *Ex decis. Rota Romana 249. p.
3. Jacobi Putei.*

De eodem. Cap. V.

SED si durante lite super matrimonio mulier seclido
Srubat, mulier sequestranda est, ad impediendum ne
carnaliter cum secundo copulerur, nam dedecus pri-
mi esset, si eius matrimonium validum esse declararet,
pro vt per duas sententias factum est, & scandalã inde
oriri verisimiliter dubitandum erat. Ne primus corru-
ptam ab alio mulierem ducere cogatur, & quia alias se-
cundus in quasi possessione mulieris existeret, qua spo-
liari, ipso non uocato, non debet. Quamobrem seque-
strum fieri debere visum est, vt sententia sine contradi-
ctione executioni demandari possit. Multo magis cum
secundum inualiditatis præsumptionem habeat, tum
propter duas sententias ad primi fauorem latas, tum
quia post inhibitionem contractum fuerat.

Sed si. *Ex decisione eiusdem 3. de causa possessionis, &
proprietas. Martelli Crescentij.*

Sequestrum non est faciendum in causa fiscali lite
pendente. Cap. VI.

INter fiscum & priuatum lite pendente, sequestrum, si
ne reductioni ad manus Delphinales locus esse nõ
potest, tum quia fiscus iure primati vtitur, & per statu-
ta Delphinalia dispositum est, quòd in causis fiscalibus
ad instar priuatorum procedi debeat, sed sequestratio
prohibita est, tum quia si de interdico vti possidetis
agatur, etiam si armorum, aut rixe timor sub sit, si al-
ter partium possidet, sequestrum locus esse non debet,
nec Princeps de iure communi in possessione funda-
tus est.

Interfiscum. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 38.
parte 1. Francisci Marti.*

Beneficij sequestrum quando fiat. Cap. VII.

BENEFICIUM ex iudicis officio sequestrari debet, quã-
do spoliatus lite pendente restitutionem petit, &
ex actis notorie constat, testimonium non esse: & quan-
do Cardinalis breue obtinuerit de possessione absque
spolij vitio capiendi, tamen per illud facultas capiendi
possessionem lite pendente, & sine vitio attentatam
non conceditur.

Benefi-

Beneficium. *Ex decisione Rota Romana 151. parte 3. Pauli & Emili Veralli.*

De eodem. Cap. VIII.

ANTE sententiam aliquando sequēstrum in beneficio opponi debet, quando beneficium se possidere in articulis constituit, atque petit remissiorum, & sibi conceditur: Nam sicut lata sententia opponi debet, ita & antea, si possessor, obtinens remissiora facit, quo minus prima sententia contra ipsum non feratur, ita ut pro data, quo ad effectum sequēstri habeatur. Et ita decisum fuit.

Ante. Ex decisione eiusdem 152. parte 3. Pauli & Emili Veralli.

De eodem. Cap. IX.

SED quando super beneficio principaliter non agitur, sed super membro vel re ipsius, tunc super illo sequēstrum opponi non debet.

Sed quando. Ex decisione eiusdem 153. parte 3. Pauli & Emili Veralli.

De eodem. Cap. X.

SI aduersus primam sententiam nullitatis exceptio opponatur, etiam sequēstrum super beneficio decerni debet, quoniam vitiosus, atque calumniosus possessor primum, opponendo contra sequēstrum, atque occasione defendendi iudicium ex beneficii redditibus querendo. Nullitas ex defectu iurisdictionis incontinenti probari non poterat, ideo nihil obstat.

Si aduersus. Ex decisione eiusdem 156. parte 3. Pauli & Emili Veralli.

Cap. XI.

QUANDO quis lite pendente beneficium possessionem ingrediatur, & ita attendat, Rota apponit sequēstrum, & ita primum iudicatur.

Quando quis. Ex decisione eiusdem 157. parte 3. Pauli & Emili Veralli.

Sequēstrum in beneficialibus in interdico vti possidetis concedatur. Cap. XII.

CUM vtraque pars eadem die possessionem accepit, atque de possessione contentio existat, atque armorum, & rixarum timor subsit, propterea sequēstrum de buisse visum est, praelertim quia sequēstrum in causis beneficialibus facilius permittitur, cum de arione praeiudicio agatur, ne fructuum dilapidationis occasio prebeatur, & aduersarius de fructibus, & expensis fatigetur. Propter aequitatem sequēstrum concedi debet, quae iudicem mouere solet, cum de fructuum consumptione, atque iudicii prolongatione dubitatur.

Cum vtraque. Ex decisione Parlamenti Delphinialis, 1196. parte 1. Francisci Marci.

Sequēstrum vigore rescripti Regis non potest fieri sine partis citatione.

Cap. XIII.

NON est credendum Principem inbenentem sequēstrari fructus, per aliqua verba liberam voluntatem denotantem, totum iuris ordinem euertere voluisse, cum igitur sequēstrum executionis species sit, ergo sine partis citatione à Pre siede, cui commissum est fieri non debebat. Licet sequēstrum per iudicem factum, possessionem non auferat, tamen negari non potest, possessionem inferri, & propterea ipsius citatione necessarium esse: Cum Princeps causa cognita, atque discussis exceptionibus sequēstrari mandet, licet est, vbi verò simpliciter rescribit, exceptione falsitatis, obre-

ptionis, & similes opponi poterunt.

Non est credendum. Ex decisione Regni Lusitaniae 331. Antonij Gama.

Sequēstratio possessionis quando fit ex officio, quid consistat debet. Cap. XIV.

QUANDO ambo litigantes se possidere contendunt, & neuter libellam in possessorio retinenda dare vult, si timor rixae, & armorum inest, iudicis officium est scandalis obuiare, atque ipsam possessionem penes tertium sequēstrare, sed de armorum timore, & scandalum in processu verè confare debet, in quo discutendo partis citatio requiritur, cum de eius praeiudicio agatur, ideo iudicis verbis narratiuis super hoc credendum non est: Hec nisi verò in actis appareat. Sequēstratio ex obre pro procedens, reuocanda est. Alias quilibet ex cogitata materia fingeret rixam mouere, & scaldam, vt eius aduersarius commoditate fructuum, & possessionis priuaretur. Quibus malis vno facto obuiandum est, vbi autem alter ex eis verò possideret, alterum remedium dandum est.

Quando ambo. Ex decisione Rotae Boonensis. 73. Petri Benimendi.

Sequēstra non nisi à iudice habente iurisdictionem facienda sunt. Cap. XV.

CUM sequēstra odiosa existant, si ab eo iudice fiant, qui auctoritatem non habet, reuocanda sunt, sed Auditor Camerae nullam sine committione sequēstrā di iurisdictionem habet, licet ad instantiam curialis facere potuisset.

Cum sequēstra. Ex decisione Rota Romana 29. parte 3. libro 3. in Nouissimis Fabij.

Attentata possessio per vnicam sententiam declarata est sequēstranda. Cap. XVI.

MICHAEL ad suorem Hieronymi Abbatiā, reuocato accessu, atque regressu resignauerat, Saracenus autem certo modo impetrauit, atque licet resignatorio mouens, primam contra illum sententiam obtinuit, Michael autem appellauit, & causam cum inhibitione commisit, mortuo autem Hieronymo Saracenus vigore breuis Cameralis, & subrogationis impetrare, nulla lita, aut regressus mentione facta, possessionem apprehendit, ideo Michael à tota totorum causam commisit, atque obrinuit: Cum igitur dicitur, vtrum sequēstrum apponendum esset, de iure communi certum est, non posse, quoniam de illa sententia loquitur, quae adiudicat, & definit, sed super attentatis sententia nihil huiusmodi facit, neque in per beneficio fertur, ideo diuersa est: sed secundum sylum Rote apponendum est, Nam cum possessio vacans non esset, à Saraceno apprehendi non poterat, ergo ab eodem retinenda non est, neque aduersari tradi, sed omnino sequēstranda est: & quoniam prima super attentatis sententia sit, tamen officium iudicis surrogatur, Non tantum ob iudicis contemptum, sed etiam ob periculum animae, & vilitate Ecclesiae sequēstratio facienda est.

Michael. Ex decisione eiusdem 469. parte 3. libro 3. in Nouissimis Paleotti, & decisione 2. de appellationibus Caspary de Grassis.

Inhibitio fit loco sequēstri. Cap. XVII.

PROBATA dilapidatione, vel quod de ea insit suspicio, sequēstrum conceditur, sed in immobilibus inhibito sequēstri loco decernitur.

Probatā. Ex decisione eiusdem 158. parte 3. Pauli & Emili Veralli.

Seque-

Sequestrum contra triennale post primam sententiam. Cap. XVIII.

Lata prima sententia contra triennale possessorem sequestrum apponitur, etiam dato quod post triennium completum lis contra possessorem mota esset, at que sopita, & deinde per unum, vel duos annos possederit, mox altera lite mota, sententia contraria lata esset & ita conclusum fuit.

Lata prima. *Ex decisione eiusdem 159. parte 3. Pauli & Emilij Veralli.*

Sequestrum pro petitore decretum est relaxandum ad instantiam subrogati resignatarij. Cap. XIX.

Lata sententia pro petitore contra possessorem, non aliàs decreto sequestro, licet subrogatus in iure illius cedentis, vel decedentis, illud decerni petere non possit, antequam de iure suo discutatur, tamen si ad petitoris instantiam decretum fuerit, iudex ex officio relaxare debet, ne succumbens vitio quod possessioni incumbat: Quæ rationes militare videntur, non solum quo ad relaxandum iam appositum, sed etiam quo ad de nouo apponendum.

Lata sententia. *Ex decisione eiusdem 5. de sequestratione possessionis Marcelli Crescentij.*

Sequestrum fit contra possessorem triennale simoniacum. Cap. XX.

Si quis triennio pacifice possederit, per sententiam simoniacus declaratus fuerit, beneficio canonico non gaudet, ad excludendum sequestrum, quoniam vitiosus possessor, & sine colore existit, ideo iuris adminiculo caret.

Si is qui. *Ex decisione eiusdem 3. de sequestratione possessionis, & fructuum Gaglielmi Cassadori.*

Sequestratio quando faciendi. Cap. XXI.

Quando de populatio timetur, atque præsumptio oritur, quod fructus dissipentur, etiam appellatione pendente, fructuum sequestratio fieri potest: Depopulatio autem intelligitur, quod fructus in usum petitoris conuertantur, atque pro suis necessitatibus consumantur. Immo solus timor dissipationis sufficit, super qua summariam informationem capi sufficit, vt se quæstrum concedatur. Sed quid si iurisdictionis oulitas aduersus sententiam opponatur? vt quia sententia per tertium electum in lata esset, quædo duo essent discordes, & de discordia non apparebat, & verbis narratiuis arbitratorum standum non sit? Cum procedendi facultas sit sine scriptis data esset, tunc eisdem credendum esse placuit. Nullitates quæ alioquin indignem requirunt, se quæstrum impedire non possunt.

Quando depopulatio. *Ex decisione Rota Marcia 63. Stephani Gratiani.*

Sequestrum decernitur post primam sententiam in petitorio in beneficiis. Cap. XXII.

Si succumbens in possessorio paruerit, & postea primam, sententiam super petitorio reportauerit, sequestrum non obtinere debet, quoniam super possessorio lata finale exum habuit. Neque præsumptionem factam contra obtinentem in petitorio. Cum ratio primæ sententiæ contra alias ad denegandum sequestrum in præsumptione fundata sit, quæ ex ea oritur, ergo ista prima nullam præsumptionem faciens, alteri nullo modo obstat.

Si succumbens. *Ex decisione eiusdem 2. de sequestratione possessionis, & fructuum Gaglielmi Cassadori, & decisione, 133. parte 1. Iacobi Putei.*

Sequestrum non apponitur post sententiam super attentatis vigore commissionis. Cap. XXIII.

Aliud est quando Auditor post sententiam super attentatis decernit sequestrum ex officio, quod in Rota fieri consuevit, Aliud verò quando vigore commissionis super attentatis procedit, tunc enim facere non posse vitium est, quoniam commissio super sequestro iurisdictionem non tribuit, sed tantum dicebat, vt possessio in pristinum statum reduceretur.

Aliud est. *Ex decisione eiusdem 33. parte 2. Iacobi Putei.* Sequestrum non conceditur ex eo quod possessor soluendo non sit. Cap. XXIV.

Cum prima sententia ad fauorem Petri absolutoria lata esset, atque ex nouiter deductis reuocata fuisset, non ponit postea ad hoc secundam obtinens, sequestrum impetrare, quoniam prima sententia non existeret, Neque obtinuit, quod contra monachum non soluendo existentem ageretur, quoniam fructibus abuti non dicebatur, in propriis vtus conuertendo, sicut fuerat, antequam lis in prima instantia sibi moueretur, Quamobrem aliquam aliam causam, vel dilapidationem probari opus est, aliter non conceditur.

Cum prima. *Ex decisione eiusdem 166. parte 2. Iacobi Putei.*

Sequestrum post sententiam restitutionis non valet, Nisi consensus fuerit. Cap. XXV.

Vbi quis in causa restitutionis contra tres, vnica sententiam obtinuit, sequestrum in eius fauorem apponi non debet, & si apponeretur, reuocandum est: Quod verò is contra quem sequestrum concessum est, non appellauit, sed sequestrationem pro parte sua nominauit nunc illud approbasse dicitur.

Vbi quis. *Ex decisione eiusdem 77. parte 1. Iacobi Putei, & decisione 1. de sequestratione possessionis, & fructuum Gaglielmi Cassadori.*

Possessio triennalis ad exclusionem sequestri, qualis esse debeat. Cap. XXVI.

Possessio triennalis impedit sequestrum, etiam si per secula esset per triennium anre litem motam quomodocumque: Nec lis mota, quæ finita non fuit, aliquo modo facit, vt ille, qui antea fuit triennalis possessor, & triennalis hodie non dicatur, alioquin in multis fraudes fieri possent. Præterea illa prima lis mota, quæ aliquando finita fuit, si priuilegiu sequestri pro se non habet, nec alteri secundæ liti tribuere potest, quoniam qualitas pacifice possessionis semel per triennium radicata fuit, vobis etiam quod deficiat, priuilegium propterea acquisitum non admittitur. Quando ipsollarius suam possessionem reingressus est, noua possessio dicitur, & ideo nouum triennium requiritur, sed hic qui semel triennalis fuit, nunquam possessionem amittit, sed semper continuauit, licet per primam litem interrupta fuerit.

Possessio. *Ex decisione eiusdem 354. parte 2. Pauli & Emilij Veralli.*

Sequestrum non decernitur contra triennale priuilegium per sententiam. Cap. XXVII.

Etiam triennalis possessio pacifica eius qui priuatus beneficio declaratur, ex eo quia possessionem in tenore

poze non soluerat, sequestrum excludit, & ita resolutū est. Neque timor per priuationem resolutus est, qm̄ nisi si res iudicata facta sit, vnde priuatus non existit, & hoc est illud, de quo in iudicio agitur.

Etiam triennalis. *Ex decisione eiusdem 4. de sequestratione possessionis & fruct. Guglielmi Cassadori.*

Sequestrum non conceditur, remissoria concessa in tertia instantia. Cap. XXVIII.

Martinus, & Aluarus binas sententias reportarūt, cum aut Martinus remissoriam obtinere, Aluarus sequestrum apponi iussit, Rota aut nequaquam concedendum esse resoluit, qm̄ aut ea ratione petitur, quia duas ille sententias habuerat, & tunc regula est contra ipsum, nam vbi contra lata est, sequestri cessat, sicut Martinus etiā duas habuerat, & licet altera ex dmero iure exstat, n̄ canonizatoriam sui iuris fuisse, facta est. Aut verò petitur eò qd̄ Martino remissoria conceditur, & cum similes in tertia instantia, minus dādum est, in qua nullum priuilegium illi datur, id sequestro grauidans non est, quod regulariter in prima instantia prohibuitur est. Id aut apponi cōuenit, vbi remissoria petitur, qm̄ priuilegium petitori fit, remissoriam eiēdē concedendo, atque retardando istam, q̄ contra eum se renda est, id nihil mirū si granatur sequestro, quoniam etiā se obligat de stando vix sententia.

Martinus. *Ex decisione eiusdem 634. parte 3. libro 3. in Nouissimis Paleoti.*

Sequestrum quo casu concessum, etiam non probata dilapidatione. Cap. XXIX.

Licet sepius decisi fuerit fructus appellatione pendente sequestrandos non esse, nisi probaretur possessionem in alios vsus conuenerit, hoc fiet p̄m̄ in prima instantia, vel anteq̄ lit moueretur. It̄ vbi alia causa adderet, etiam sequestratio permissi cōuenit, & ideo Rota usum est, qd̄ cū agatur contra heredes, qui in Italia nihil possident, & sunt laici, atq̄ habitent in Flandria loco remoto, non tuto, nec immediate Sedi Apostolicę subiecto, vbi executio valde difficilis iudicatur, cum in exequendis brachia secularia sine Regis beneficio non exequantur, eosdem condemnare ad caudam de restituēdo pensiones de quibus agitur in casu succumbentis aut fructus interim sequestrandos esse.

Licet sepius. *Ex decisione eiusdem 13. parte 2. in Nouissimis Cantucci.*

Violans sequestrum appositum vigore sententię nullatenus incidit in pœnas. Cap. XXX.

Si virtute sententię diffinitivę in Curia Romana late, quamvis nullatenus sequestratio facta fuerit, sequestrum violans in pœnas à iure statutas incidisse dicitur, quoniam antequam sententię nullitas declarata esset, propria auctoritate violare non debuit, quod in iudicē, & via ordinaria profecti perussit. In dubio sequestrum & manus appositā Papę seruari debuit, propter eius auctoritatem. Quamobrem violator pœnas teneri visum est. Item sequestrum ex falsa causa larum, nullum non est, cum omnis sententia, nisi expressim iuris errorem contineret, valida exstat, licet ope exceptionis reuocari possit.

Si virtute. *Ex decisione Rote Romane 1. de sequestratione possessionis, & fructuum in antiquioribus, et 1. eodem titulo in Antiquis.*

Sequestrum quando violari dicitur. Cap. XXXI.

Ad creditoris instantiam sequestrum appositū super fructibus, qui ex consuetudine Ecclesię Crauonem post obitum Episcopi creditoribus debentur,

violasse dicitur, qui fructus in manibus sub sequestrato habebat, si illos tertio contiguerit, qm̄ iudicium fructu disse dicitur, qui sine iudicis mandato consignat, & pro tem, quia possessionem dictorum fructuum à se iure cauit, & alteri tradidit, à quo difficultus est auocatio, & propterea ad pœnam in sequestro appositam, atque ad partem interesse teneri visum est.

Ad creditoris. *Ex decisione eiusdem 155. parte 3. Pauli Aemilii Feralli.*

De eodem. Cap. XXXII.

Eo ipso qd̄ sequestrum parti intimatum est, & si sequestratus possessionem non accepit, si pars sequestratus fructus percipiat, in pœnas incidit.

Eo ipso. *Ex decisione eiusdem 2. de sequestratione possessionis, & fructuum Martelli Crescenti.*

Sequestrum violans quando incidit in pœnas.

Cap. XXXIII.

Vbi autem sequestratio facta est ex officio, de stylo Rote propter sententiā super attentatis latam, sequestrum violans in pœnas canonicas incidisse nō dicitur, Nam sententiam in petitorio, vel possessorio latam esse oportet.

Vbi autem. *Ex decisione eiusdem 45. parte 2. Iacobi Putei, & decisione 1. de sequestratione possess. & fructuum Ioannis Mededani.*

Sequestrum quando violari dicitur.

Cap. XXXIV.

Solus tractatus vendendi fructus factus per possessionem beneficii post sequestrationem, sequestrati violationem inducere non videbatur, ita vt ad pœnas canonis teneatur, qm̄ tractatus actus completus non est: Nec per solutionem post sequestrum subsiquantam, q̄ propter venditionem illud præcedentem facta est, sed contrarium est iuris, quoniam interdictum factum est, ne de Ecclesia, sine eius iuribus, atque ipsorum administratione se intromittat, quilibet iuratur dictorum actorum quo ad pœnam ipsam completus est.

Solus tractatus. *Ex decisione eiusdem 428. Aegidij Bellamara.*

De eodem. Cap. XXXV.

Per prædicationem verbi Dei, pœna quo ad violationem sequestrati incurritur, quoniam non solum fructus beneficii sequestrantur, sed & ipsum beneficium, & quia nomine proprio prædicare non potest, nisi à potestatem habente missus fuerit, ergo Ecclesię nomine facere dicitur.

Per Prædicationem. *Ex decisione eiusdem 429. Aegidij Bellamara.*

Cap. XXXVI.

Per iuratoriam canonem ita demum sequestrum tolli in Camera visum est, si persona honesta, & nō suspecta fuerit, aliās secus est.

Per iuratoriam. *Ex decisione Camera Imperialis 11. parte 2. Joachimi Misyngeri.*

Sequestrum etiam data cautione non relaxatur.

Cap. XXXVII.

Aliquando etiam data cautione sequestrum non relaxatur, vt potest quia si moceretur, possessionē in alium transferri & posset, & ita sequestrantis conditio deterior fieret.

Aliquando. *Ex decisione eiusdem 311. parte. 1. Iacobi Putei.*

De eo.

De eodem. Cap. XXXVIII.

Sicut latis tribus sententiis super possessorio, si prima in petitorio seruitur, sequestrum apponit debet, ita fortius si appositum est, reuocandum non venit: Nam si cum cautione reuocaretur, & postea possessio ad alterum perueniret, nouo iudicio, & noua re iudicata opus esset.

Sicut. *Ex decisione eiusdem 305. parte. 1. Iacobi Putei.*

Sequestrum quando impediatur. Cap. XXXIX.

Sequestrum sicut impeditur ex unica sententia ad suam rem possidentis lata, licet in alia instantia reuocata fuerit, ita quando tres habuit sententias pro se, aut re iudicatum reportauit, quae executioni demandata est, licet postea in causa restitutionis in integrum, victus in primo iudicio, vnam pro se contra victorem sententiam habuerit quoniam maior praesumptio oritur pro rem iudicatum habente, quam ex vna sententia appellatione suspensa.

Sequestrum. *Ex decisione 4. de sequestratione possessionis & fructuum Marcelli Crescenii.*

Cap. XL.

Reuocatio sequestrum ad instantiam obtinentis ab eodem iudice, pendente appellatione facta, attentata dicenda est, si tertius in eadem comparuit pro suo in interesse, in eisdem statu, ac terminis, in quibus reperitur. Nam cum primus iudex sententiam tulisset, atque sequestrum decreuerit, abique noua commissione illud reuocare non potuit, ergo sic pendente in secunda instantia etiam pro tertio interesse, ille abique iurisdictione reuocasse dicitur, & in praedictum tertium nihil inuocandum erat.

Reuocatio. *Ex decisione eiusdem 160. parte 3. Pauli Amisii Veralli.*

Cap. XLI.

Tertius autem appellans ad prima sententia, sequestrum illius vigore apponendum impedire non potest, quoniam nullam sibi praedictioem parauit, immo utilius sibi est, nec aliquo modo in iure suo impeditur.

Tertius autem. *Ex decisione eiusdem 11. de re iudicata in Antiquis, & decisione 3. de sequestratione possessionis, & fructuum in Novis.*

Commissio super attentatis, vt sequestrata possessione & fructibus, de quibus intelligatur.

Cap. XLII.

In simplici spolio omnes fructus etiam percepti, atque consumpti restituendi sunt, ergo multo magis in spolio attentato id locum obtinet, cum attentata magis priuilegiata existant, quam spolium, quomobrem sicut signatura omnes expensas post attentata factas refici voluit, verisimiliter est credendum omnes fructus post attentata perceptos sequestrandos esse, cum nulla inter fructus perceptos & expensas diuersitatis ratio assignari potuit, & si fructus consumpti sunt, eorum aestimatio sequestrari poterit, & ista commissio gratiosa contrarius, & in alterius praedictum impetata strictè interpretanda est.

In simplici. *Ex decisione eiusdem 68. parte 2. in Nouissimis Cantueij.*

Sequestrum necessarium non priuat possessione.

Cap. XLIII.

Cum Petrus in fructum exactione se ingererit, pluresque collationes fecerit, adeo de violatione sequestrum constare visum est, sed violationem quo minus absolui possit, sibi non nocet, Nam reus, & possessor erat & sequestrum necessarium possessione non priuat.

Cum Petrus. *Ex decisione eiusdem 273. parte 2. in Nouissimis Costa.*

Possessio attentata sequestranda est. Cap. XLIV.

Certi iuris est, possessionem attentatam sequestrandam esse: Et licet ab interlocutoria appellatione iudicem ante inhibitionem non impediat, tamen super eo, à quo appellatum non est, procedere potest, si per negotio igitur appellationis etiam sine inhibitione procedere non debebat. Cum igitur Petri procurator se opposuerit, institutio abique partis citatione nulla est, & cum ab institutione appellauerit, possessio post ea tradita attentata dicenda est.

Certi iuris. *Ex decisione eiusdem 227. parte 3. libro 2. in Nouissimis Fabij.*

De eodem. Cap. XLV.

Cum Ioannes auctore pratore, per sententiam possessionem ingressus esset, atque consuetudo sit, quod sententia inter litigantes lata, si qui obtinuit in possessionem suam mittitur, vt Ecclesiae dicitur, & non diutius vacet, Ideo conclusum est possessionem tanquam attentatam sequestrandam non esse, sed de vtriusque iure discutendum esse.

Cum Ioannes. *Ex decisione eiusdem 1155. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Augustini.*

Sequestrum quibus concurrentibus fieri debeat.

Cap. XLVI.

Non debet iudex, nisi quantum concurrentibus ad sequestrationem procedere, quòd saltem summa re de creditoris iure constat. Item vocetur debitor, de cuius praedictio agitur, & ad sui iuris, vel debiti conservationem faciat, non autem calumnia, vel emulatio sui causa. Denique quòd debitoris persona, aut alterius, contra quem sequestrum fieri requiritur, magna suspicio emineat, Vbi autem de facti via, propter partium potestatem dubitatur, iudex ad sequestrum procedere possit.

Non debet. *Ex decisione Gratianoopolitana 247. Guidonis Papa.*

Sequestrum quibus modis tollatur.

Cap. XLVII.

Plures modi sunt, quibus sequestra tolluntur, veluti iudicis mandato, item lite finita, Aut si actor licet in sequestrum iustificatione praesequi differat, item si infra terminum statuti sequestrum non liquiderit, aut infra terminum instantiae statutarie, infra quem omnes aliae cause finirentur. Item solutio debiti extinguitur, & sequestrum euaneit, sed quando de solutione non constat, in sequestra tamen potestatis non existit, sequestrum reddere, atque officium deponere, nisi prauius iudicis decreto, Propterea eundem teneri còclusum est.

Plures. *Ex decisione Rota Florentinae 113. Hieronymi Magonij.*

Sequestrum quando teneatur.

Cap. XLVIII.

Cautione data, index fructus restitui mandauit, post aliquos dies, illa pronuncia reuocata est, & contra recommissarium agebatur, sed cum ipse fructus vigore illius decreti restituisse non docuerit, nisi infra decem alios id probauerit, multàdum esse conclusum est. Sequestratarius in omnibus & per omnia depositario aequi paratur. Nisi pars citata fuisset, ipse sequestrum creditorem denunciare debebat.

Cautione. *Ex decisione Rota Lucensis 51. Iosephi Ludonici.*

Seque-

Sequestrum contra formam statuti an sit validum.
Cap. XLIX.

Contra statuti formam sequestri factum nullum est, maxime si ad sequestrationem aliter factam annullandam processerit. Sed quid si statuti petitionem intra octo dies postea dandam esse iubeat? Quid interese domini rei sequestrare si antea petiitio data fuerit: statutum mandavit hoc, & causam infra sex menses expediendam esse iussit. Quamobrem cessante interese sequestrationem validam remanere conclusum est.

Contra statuti. *Ex decisione Fori Finizani 23. parte 1. Borgini Canalani, & decisione Rota Ceana 35. Flaminij Carterii.*

Cap. L.

Sequester, durante, sequestro eligere, & presentare potest, sicut ille possit, pro quo sequestrum factum est.

Sequester. *Ex decisione Rota Romana 5. de electione in Antiquis.*

Sequestris positus nominatis ab actore, debet poni alter pro reo.

Cap. LI.

Dvo sequestri ad actoris tantum instantiam dati fuerant, cum rei procurator, quem nominaret, ignorabat. Cum autem commissio presentata fuisset, ut Auditor arbitrio suo alterum ad rei instantiam deputaret, etiam a actore valde contradicente, fieri debere conclusum est.

Duo. *Ex decisione eiusdem parte 3. libro 1. in Nouissimis Fabij.*

Sequester de quo tenetur. Cap. LII.

De culpa, & negligentia sequestrarium teneri, certum est, quamobrem fructus, qui feruendo feruari non possunt, vendere debet, pretiumque conseruare, de quo ratio reddenda est. Nimirum quando ultra triennium feruari non possunt.

De culpa. *Ex decis. Parlamenti Delphinalis 444. parte 1. Francisci Marci.*

Sequestro possessionis locus est, quando dubitatur, quae sit anterior.

Cap. LIII.

Quia non bene constat, cuius possessio sit anterior, pro manutentione obtinenda, utraque enim eadem die, capta fuit, & licet possessio primi horam de eam septimum in illa causa habeat, tamen propter dictionem in causa, certa non est, praeterim cum notarius addiderit, ut ex aspectu folis cognoscere poterat. Ideoque notarium de certa hora notitiam non habuisse apparet, & quia monialium possessio horam decem octauam tonidum pulsatum habet, ergo illa anterior dubia redditur, quare sequestro, iuxta Rotam Stylium locum esse placuit.

Quia non bene. *Ex decisione Rotae Romanae 389. parte 4. in Nouissimis Seraphini.*

De eodem. Cap. LIV.

Etiam Parlamentum nostrum, quando dubia litigationum possessio est, beneficii fructus interdum sequestrare consuevit.

Etiam. *Ex decisione Cappellij Tholofang. 69. parte 1. Gerardij Medardi.*

Sequestro possessionis capta post appellationem prohibita, locus non est.

Cap. LV.

Stante Constitutione Synodali, quae omnis appellatio, respectu effectus suspensioni prohibita est, immisus in possessionem beneficii, post appellationem interpositam attentasse non dicitur, & ideo sequestro locum non esse conclusum est. Illa confirmatio. Ne Ecclesia in seuitio detrimentum pateretur, facta fuit, Nihil refert, an visu recepta fuerit, quoniam in Synodo publicatam esse, sufficit.

Stante. *Ex decisione eiusdem 641. parte 4. in Nouissimis Littj.*

Sequestrum non semper censetur prohibita, si appellatione pendente prouisus amoueri non debuit. Cap. LVI.

Et licet constitutio Pij Quinti a mala electione appellare permittat, sed prouisus illa pendente, ab Ecclesia amoueri prohibeat, ira ut sequestrum prohibita censetur, tamen illa de prima sententia ab Ordinario lata, Nec aliquid circa prouisum non amotionem disponit, Nec valet consequentia, vt dispositum in una etiam in alijs instantis censetur, quoniam, & in numero, & in alijs multis differunt, Alias causa principalis, & appellationis vna & eadem esset, quod omnino falsum est. Ex his sequestro locum esse, conclusum fuit.

Et licet. *Ex decisione eiusdem 673. parte 4. in Nouissimis Gypij.*

Vxor apud quem sequestranda, petem thori separationem. Cap. LVII.

Inter maritum, & vxorem, licet super separatione cohabitationis pendente, vxorem vel apud honestas matronas, vel in aliquo monasterio sequestrari posse, placuit, Nam cum finis legislatoris fuerit, de loco toto prouidere, ne inrerim illa, violentiam, aut damnus patiantur, propterea Rota sepe fieri etiam in monasteriis sequestrari decreuit, Auditores interdum certam matronarum notitiam non habent, apud quas decenter huiusmodi mulieres commorari debeant.

Inter. *Ex decisione eiusdem 245. parte 4. in Nouissimis Penia.*

Sequestrum in fisco fieri non potest super deposito laurandi interim delinquentis.

Cap. LVIII.

Post ponctam priuata recitata, cum pater, depositum pro filio laurando fecerit, Fiscus illo interim delinquente, in manibus Prioris collegii sequestrare non potuit, quoniam collegio ius quersum est, quod pro sui parte adimplere coepit; Depositum a tenio in vnam causam factum, in aliam exolui non debet, Honorarium propter publicam vtilitatem, neque capi, neque sequestrari potest.

Pot. *Ex decisione Fori Finizani 32. parte 5. Borgini Caualeani.*

S I G I L L V M.

Sigillum Cardinalis quid probet. Cap. I.

Cardinalis sigillum accollatum probare conclusum est, videlicet contra ipsum non concedentem. Cardinalis. *Ex decisione Rota Romanae 161. parte 3. Pauli Amilij Veralli.*

Sigilla quid probent. Cap. II.

Per sigillum in aliqua scriptura appositum, facti arguitur, atque consensus, quorum est; Quamobrem

T t si vni.

si vnicersitatis est, actum legitimum præsumi facit, ita tamen ut contrarium probari possit. Literis Principi, atque Episcoporum sigillatis in favorabilibus fidem præstant, cum esse nemo dubitat, in præiudicialibus autem dubitatur.

Per sigillum. *Ex decisione Regni Neapolitani 54. Fran. cisci Pini.*

Cap. III.

Sigilla nunquam in communiaciam pro recognitis ac ceptantur, nisi sint, vel Ca. s. r. vel Principum, vel aliorum communitatis, quorum sigilla notoria sunt.

Sigilla. *Ex decisione Rota Spirensis 225. parte 3. Gasparis Gaglielmi.*

Literis sigillatis Episcopi, an, & quando credendum.
Cap. IV.

ATrenta tonies orbis consuetudine sigillum Episcopi authenticum reputatur, & in his que ad summa omnium, & que inter subditos suos, extra causam eius propriam, fidem facit. Et ideo conclusum est omnia in literis contra probare, dummodo vno, eodemque tempore facta, atque conspecta existant. Alii vero de vltimo tantam fidem facerent. Aliquando propter fraudis suspicionem Palatium credere non consuevit, quoniam itequenter accidit, ut Episcopi, siue eorum Cancellarii contra imperantes Apostolicos datas anticipant, tunc enim in causâ propria testimonium ferre dicunt, vt collationem suam, forte alicui consanguineo factam alteri præferre possent. Prælati enim moderis temporibus plus sequentes carnaliter affectum, quam iudicium rationis, sepe ex inordinata affectione suos promouent, atque omnes fraudes, quas possunt, contra Apostolicos imperantes machinantur.

Attenta. *Ex decisione Rota Romana 1. de probationibus in Nouis.*

Sigillum Episcopi an probet inter non subditos.
Cap. V.

SEd an credendum sit, si circa ordinationem non subditi scripte, atque sigillo munitæ fuerint? Pro affirmatiua conclusum est, quoniam de modico præiudicio agitur. Cumque in literis dicatur, ordinationem de licentia sui Episcopi factam esse, quæ tempore actus interuenire potuit; ideo interuenisse præsumendum est. Communis reputatio sufficit, vt alique clericum esse credatur. Ad probandam promotionem vnus testis sufficit. Ordinem solo Episcopi sigillo probantur.

Sedan. *Ex decisione eiusdem 21. de renuntiatione Ioannis Hobedani.*

Literis sigillatis executoris in quibus credendum sit.
Cap. VI.

VTRUM executoris sigillo credatur, Titium acceptasse, Alii negantia vera videbatur, quoniam de alieno facto testificatur, sed contrarium decium est, videlicet cum partis iuramento credendum esse, quoniam acceptatio, quæ ante executionem fieri consuevit, de circumstantiis negotii sibi commissi existit, cum ad provisionem faciendam necessaria sit: literis executoris per modum actorum confectis, credendum est, designatis loco, & tempore, & in per appellatione per partem interposita.

Vtrum. *Ex decisione eiusdem 7. de officio delegati in Antiquis.*

Sigilla an & quando recognoscenda.
Cap. VII.

IN dubio pro sigillis præsumendum est: Quamobrem ei, qui notum sigillum negat, probandi onus incumbit. Cum autem sigilla negantur ad partes pro recognitione, & verificatione remissio facienda est: alias instrumentorum, & sigillorum fides deperiret.

In dubio. *Ex decisione Parlamenti Delphinatis, 989. parte 1. Francisci Marci.*

Sigillum an oblige sine subscriptione.
Cap. VIII.

Sigillum per se nihil loquitur, ideo sine subscriptione nihil operatur, quia notoria, & abusiua representatio plerumque falsa, & incerta est. Quando autem apparet, de domini voluntate sigillum cartæ impressum esse, illi præiudicium facit.

Sigillum. *Ex decisione eiusdem 990. parte 1. Francisci Marci.*

Sigillum, an requirat attestationem sigillantis.
Cap. IX.

QUANDO sigillum proprium apponitur, alia attestatione non est necessaria, sed quando alienum, attestatione imponens requiritur, videlicet quod alieno sigillo im præsentet.

Quando sigillum. *Ex decisione eiusdem 991. parte 1. Francisci Marci.*

Sigillum quando non habet vim subscriptionis.
Cap. X.

SUBSCRIPTIONIS vim sigillum habere consuevit, sed quando specialiter dispositum est, vt literæ, non nisi subscriptæ à iudice fidem faciant, quia forma substantialis iudicis censetur, atque solemnitas non leuis actus, qui geritur, sigillum de se nihil probat, nihilque sine subscriptione operatur. Subscriptionem in signum autoritatis apponenda est, vt que dolus, ac fraudes ab acta depellantur, habetque vim depositionis, cuius defectus, voluntaris defectum denotat. Non enim velle videtur, qui solemnitatem, quam potest adhibere, non adhibet. Item sigillum facillimè in illoque labore currit, atque facile est, vt ab instrumento cadat.

Subscriptionis. *Ex decisione Regni Aragonum 12. Martini Montesi.*

S T Y L V S .

Cap. I.

STYLUS Sacri Palatii est quoddam ius, licet ex factis veniat.

Stylus. *Ex decisione Rotæ Romane 16. de consuetudine in Antiquis.*

Stylus coram ordinario non insert ad stylum coram delegato. Cap. II.

DELEGANTIS secundum delegantis stylum procedere debet, ergo probato stylo procedendi coram ordinario absque citatione ad sententiam, ad stylum coram delegato inserri non potest: Quamobrem ius scriptum non autem ordinari stylus attendendum est.

Delegatus. *Ex decisione eiusdem 127. parte 1. Jacobi Putei.*

Stylus

Stylus quomodo probetur.
Cap. III.

Cum vnica tantum citatio in principio processus ap-
paret, & de stylo sufficere præsupponeretur ap-
dusum est, talem stylum etiam per testes in alia eod-
& inter alios examinatos probari posse.
Cum vnica. *Ex decisione eiusdem 31. parte 3. libro 1. in
Nouissimis Fabij.*

Cap. IV.

In his, quæ processum concernunt, stylus Curie fer-
uandus est, licet ius commune diuersum statueret
videatur.
In his. *Ex decisione Rota Spirensis 95. parte 4. Gasparis
Guglielmi.*

Cap. V.

Stylus enim, & obsequentia Curie, atque longius
causam vsus vim legis obtinet, & pro lege abso-
luti allegari potest: cum tanquam notorium allegat-
i, iudex ex officio informationem capere debet, vt
rectè indicare valeat. Aliquando autem etiam parte
non allegante, iudex supplet. Ita litem suam facit, si iu-
dicat contra stylum, ac si contra legem sententiam
diceret.

Stylus enim. *Ex decisione Regni Neapolitani 297.
Francisci Viniij.*

Stylus contra, vel præter ius quando attendendus.
Cap. VI.

Contea ius commune stylus attendendus non est,
Nisi præscriptus fuerit, cum igitur in facto con-
stat verè probandum est, cum autem de præterito pro-
batum, iudex durare præsumitur. Præsertim quia iudex ex
officio supplere potest, & ab alius informationem cape-
re. Quando stylus limitationem respicit, etiam si præ-
scriptus non sit, attendendus est.
Contra ius. *Ex decisione Rota Lucensis 36. Iosephi Lu-
dowici.*

SVBHASTATIO.

Licitatione facta, an & quando alter sit admittendus.
Cap. I.

Post licitationem liberationem, & expeditionem
firmarum Delphinialium ad extinctum candleæ
nemo ad tertium admittendus est, præsertim
post tres menses, Nisi de iuribus Ecclesiæ, vel reipubli-
cæ ageretur, cum partis uocatione, cauq; cognitione.
Post licitationem. *Ex decisione Parlamenti Delphinia-
lis, 85. parte 1. Francisci Marti.*

Licitatio an, & quando locum habeat.
Cap. II.

Licitatio in rerum fiscalium locatione locum habet,
In venditione autem rerum patrimonialium Prin-
cipis, in diem adiecto locum non habet, sed incontinè-
ti primus emptor securus est. Idem in venditione reru
ciuitatis, Nisi per statum ordinaretur, quod plus of-
ferenti datur. Post terminum in licitatione præfixum,
nemo plus offerendo, audiendus est. Nisi minor, vel
Ecclesia fuerint, qui in integrum restitui possunt.
Licitatio. *Ex decisione eiusdem 565. parte 1. Francisci
Marti.*

Cap. III.

Aliquando magis idoneus præferendus est, etiam
si minus pretii offerat, dum tam en, Ecclesia, sic-
cus, vel minor sumum non grauentur.
Aliquando. *Ex decisione eiusdem 28. parte 2. Francisci
Marti.*

De Partito licitandi Genue obsequiato.
Cap. IV.

Genue cum patrito lucrandi licitationes sunt: si igi-
tur res pro mille cum partito lucrandi centum
vendatur, is qui ultra mille offerat, lucrari dicitur: At si
alter plus offerens non inueniatur, ipsi pro noningentis
vendita remaneat, & ita non semel à Rota obseruatum
fuit. Hæc ideo iustè conceduntur, vt licitantes animo-
siores, ac promptiores ad offerendum fiant.
Genue. *Ex decisione Rota Grana 103. Flaminij Car-
tarij.*

Subhastatio faciendi ceteri secundum statum parti-
culari loci. Cap. V.

VT licitator admittatur, & plus offerre dicatur, fa-
cultatum idoneitas requiritur, maior promissio,
& conuenienti facilitas, sed Mathæus idoneus dicitur
non videtur, qui pro summa oblata conueniri nequit:
sed ista probatio pauperatorem non concludit: quia etiã
duas vineas cupias tantum habens, & de suis industriis,
& laboribus viuens, alias pecunias habere potest, prout
pluries occurrere visum est. Cum autem subhastatio
in Esquitate facta fuerit, nihil refert, quin Marchia
constitutio obseruata fuerit, quoniam statum parti-
culari obseruandum est, atque generali Prouincia con-
suetudine præferendum, in quibus ipsam statum parti-
culariter non disponit, ipsa constitutio in cæteris acce-
ptari potest, ergo cum illud nihil de termino ad relin-
dum disponat, in hoc vel constitutio, vel vbi ipsa deficit
ius commune obseruandum est.

Vt licitator. *Ex decisione Rota Marchia 67. M. Anto-
nij de Amatis.*

Debitor admittitur ad offerendum post subhastatio-
nes nulliter factas. Cap. VI.

Solemnitates præconiorum adeo substantiales sunt,
Svt tanquam publici iuris, ne à partibus quidem di-
mitti possint, & quia in omnium, ac singulorum credi-
torum, vtilitatem tendunt: Cum igitur neque de iudi-
cis mandato factæ fuerint, neque per nuncium in di-
uersis diebus, ac locis pluries præconizate fuerint, neq;
per debita tempora venalia steterint, numerum vngin-
ti dies de iure communi, aut aliud tempus de staturo-
rum iure introductum, ideo nihil actum licendi est,
atque domino proprietatis ius ablatum non est, Imò
tanquam non ritè facta, pignora vna cum fructibus sine
expensis restituenda sunt. Et multo magis factæ appella-
tionem interposita ab affirmatione, & à decreto ad-
iudicatio, que non solum enunciarum respectu futu-
rum suspendit, sed in præteritis etiam in totum extin-
guit. Quamobrem oblationi locum esse, conclusum
iur, si illud quod petitur, visque ad sententiam offerat-
ur, ipse reus liberatur. Cum post litem contestatam
non obtulerit, saltem per viam purgationis moræ ad-
mittendus est, quam visque ad sententiam purgari pos-
se placuit. Oblatio realis pro re liquida sufficit, si pro
liquidandis fideiussorem dederit. Oblatio autem ver-
balis potens est ad annullandam adiudicationem postea
factam, quoniam hac facta, proclamata, & venditiones
cessare debent.

Solemnitates. *Ex decisione Rota Florentinæ 132. Hiero-
nymi Megoni.*

Tt 2 Admi-

Administratores vniuersitatis licitantes
ipsum bona, condemnantur.

Cap. VII.

Electores Communitates, quarum distractio, siue locatio eis commissa est, neque emere, neque condicere possunt, sub pena irritationis actus, & quadrupli, cum igitur per interpositam personam licentem teceant, in legem peccasse, atque illis penas incurrisse certum est. Quamuis nullum in demum communitati illatum sit, tamen contra iura mercatorum effectus est, ut contractus irritetur, penasque suscipiant. Multo magis istorum dolus presumendus est, quoniam solemnitates in huiusmodi alienationibus, & subhastationibus seruatae non fuerunt. Cum officialis praesens non fuerit, mala fides praesumitur, item pretium deliberationis tempore effectualiter solutum non fuit, & per suppositionem pro sua mala fides arguitur, & contractus clam factus dicitur. Et ideo senatus in quadruplum eosdem condemnat.

Electores. *Ex decisione Senatus, Pedemontani 109. O. Hauriani Caceriani.*

Subhastatione, & deliberatione nulliter facta,
spoliarum restituendus est.

Cap. VIII.

Intra terminum dierum quindecim ad relinendum possessores, si iudice datum, subhastatio, & deliberatio nulliter factae dicuntur, cum a prima augusti terminus currere inciperet, ista prepositio. A. & eius uel stare dicitur. Cum terminum in accusatio posuerit, tempore completo opus fuit, neque cepta dies sufficiebat. Iudex nulliter procedendo spoliat, quia ut priuatus faceret censetur, & possessores spoliat ad restitutionem possessionem reintegrandi sunt.

Infra. *Ex decisione Rota Romanae 60. parte 4. in Nouissimis Cyprii.*

Subhastatio est faciendi praesenti pecunia.

Cap. IX.

Fidei de pretio habita, subhastatio nulla est, quoniam praesenti pecunia fieri opus est. Quando consuetudo in contrarium assentitur, illa probanda est, quia in facto consistit, & concluditur, atque in specie probari debet. ubi usus uariis est, iuri cōi adhaerere oportet.

Fide. *Ex decisione eiusdem 3. & 4. parte 4. in Nouissimis Litta.*

Subhastatio ob pupillum non defensum, & terminum ad relinendum non datum, est nulla.

Cap. X.

Contra pupillos penitus indefensos, subhastatio nulla est, cum Achilles, vniuersorum procurator citatus, onus istud nunquam acceptauerit. Item a matre, uti tu trice absque iudicis decreto, nulliter constitutus fuit. Neque patruus, uti eorum tutor defensori interfuit, neque de tutela constat, quae stante matre, non praesumitur. Subhastatio nimis festinatur facta, valde panitur, terminum ad relinendum dari oportuit, & in rebus minorum, instar bonorum ecclesiarum, saltem viginti dierum esse debuit.

Contra pupillos. *Ex decisione eiusdem 115. parte 4. in Nouissimis Pamphili.*

Subhastatio contra formam statuti non valet, & quid si fides pretii de consensu habita fuerit.

Cap. XI.

Si forma subhastationis, atque deliberationis a statu requisita, seruata non fuerit, actus corruit. Praeter tum si de pretio fides habita fuerit, quod manualiter ex-

soluendum erat, nisi fidei creditor consensisset.

Si forma. *Ex decisione eiusdem 247. parte 4. in Nouissimis Pente.*

S V P P L I C A T I O .

Supplicatio quomodo differat ab appellacione.

Cap. I.

Cum super Bullis, & regressu supplicatum sit, & sic ab actu Principis ad ipsius Principem, ideo supplicatio, non autem appellatio dicenda est, quae ab inferiori ad superiorem procedit, supplicatio autem non deuoluitur, nisi per eundem Principem porrecta sit.

Cum super. *Ex decisione Rota Romanae 316. parte 3. Iacobi Pntei.*

Supplicatio quando deuoluit non habet effectum

citationis. Cap. II.

Supplicationes causas non deuoluit pluries conclusum est, nisi postquam Principi porrecta fuerint. Vbi autem deuolutionem operantur, citationis effectum nullatenus habere visum est, & ideo per contradicendum procedi non posse.

Supplicationes. *Ex decisione eiusdem 15. de appellacionibus Achillis de Grassis.*

Supplicatio sola quando sufficit.

Cap. III.

In constitutione Vicarii, vel cuiuscumque iudicis a sede Apostolica deputati solam supplicationem sufficere visum est, quoniam a Pontifice nominatur, ideo in excoctore secus est, quoniam a partibus nominandus est.

In constitutione. *Ex decisione eiusdem 13. de probacionibus Achillis de Grassis.*

Supplicatio an praesumatur porrecta deuoluitate

alterius. Cap. IV.

Supplicatio, quae per sollicitorem Gundisalui porrecta est, de eisdem mandato data non praesumitur, etiam si in Curia praesens existeret, quoniam de ipsius praedictio agebatur, & modica impensa opus erat, nimirum de resignatione, absque eo quod aliquid in supplicatione reseruetur, & licet scripturis per sollicitorem factis ille uti consueuerit, tamen ex diuerso illatio fieri non debet, & in illis animus Gundisalui non ex mandato, sed ex ratificatione induendum esse colligebatur, sicut post biennium Gundisalui mandatum dedit, ita ab initio dedisset, si voluisset, cum igitur ex illa porrectione resignatio effectum fortiori non poterat, ideo mandatum procurantur.

Supplicatio. *Ex decisione eiusdem 199. parte 3. Iacobi Pntei.*

De eodem. Cap. V.

Sed quid si porrigens supplicationem procurator existeret, & solus Ioannes orator esset? Frequentiori calculo conclusum est, tam Ioannis quam Gomeseij nomine datam censeri, quoniam utriusque procurator, amobus negotiorum vtile gesserat, Ioannis enim negotium conualidare non poterat, nisi Gomeseij factum valeret. Nec consideratur, quis orator existat, sed ad quos negotium pertineat, & quis consentiat, & cuius utilitatem conueniat, nam cum ad ambos pertineat, utriusque nomine gestus esse videtur.

Appel-

Sed quid. Ex decisione eiusdem 8. de renunciatione Ioannis Hobedani.

Tempus. Ex decisione eiusdem 5. de appellacionibus in Nouis, & decisione 80. de appellacionibus in Antiquis.

Appellatio, vel supplicatio quomodo conueniant, vel differant. Cap. VI.

Tempus ad expediendum literas incipit à possessione pacifica non impedita. Cap. IV.

Interdu appellaciones vel vsq; ad certam summā restringuntur, vel omnino prohibentur, & tunc ne hi, qui grauatō esse putant, omni iuris auxilio excludantur, vel supplicare ipsi, vel querelare permittitur, ad eandem iudicem, vt si causam, siue acta reuidat, & grauamē tollat, hoc autem intra decendum, pro ut in appellacionibus fieri debet, & in hoc cum a pellatione parificatur, licet abas in multis differat, Inter cetera autem, quia appellacione pendente, executio fieri non potest, sed pendente supplicacione permittitur, si eam postulans fati sciet de restituendo, vbi priorem sententiam retractari contingat.

Interdu. Ex decisione Camera Imperialis 15. parte. 6. Ioacimi Nisingeri.

Supplicatio an & quando detur à Vicario ad Episcopum. Cap. VII.

Si supplicatio in larga significacione sumatur, etiā beneficium restitutionis in integrum comprehendit, quod minori conceditur, vel maiori ex causa, & tunc à Vicario ad Episcopum supplicare licet, nam quæ admodum ipse Vicarius potest, ita & multo fortius Episcopus, sed si supplicatio strictè accipiamur, frustra queritur, cum solus Princeps illam admittere possit.

Si supplicatio. Ex decis. Cappella Tholosana 480. Ioannis Corserii.

Supplicare quoties liceat. Cap. VIII.

Asententia Præfeti prætorio secundo supplicare non licet, & ita Dominus Delphinus sequēdo hęc iuris dispositionem per suas literas à sententia, ex ordinacione Curie Parlamenti, vna vice supplicari prohibuit: sed hęc Curia Parlamenti, quæ illius Præfeti vicem obtinet, secundum supplicacionem ab alia parte porrectam admittit, & propterea scriptum Delphini interpretatum est, vt non nisi iterum ab altera parte supplicare liceat.

A sententia. Ex decisione Gratianopolitana 346. Guij. Papa.

T E M P V S.

Annus quando computetur. Cap. I.

Curia Romana computat annum Domini in Festo Natiuitatis eiusdem.

Curia. Ex decisione Regia Romana 2. de verborum significationibus in Antiquis.

De eodem. Cap. II.

Et ita etiam in Italia, Hispania, Aragonia, Catalonia, Dacia, & Vasconia. In Regno verò Francie, Almania, & Anglie, annus computatur in festo Annuntiationis Beatæ Mariæ. Quilibet prouincia sua circa hoc consuetudine abundare potest.

Et ita. Ex decisione eiusdem 17. de iudiciis in Antiquis, & decisionibus 3. & 4. eiusdem tituli in Quis.

Cap. III.

Tempus ad recipiendum Apostolos ab ipsa appellacionis die incipit, Quæ sententia semper in Palatio seruata est.

In mandato de prouidendo, hoc decretum insertum fuerat, quod Sebastianus infra sex menses, à die habite possessionis computandos, nouam prouisionē in petra teneatur, literas expedire, atque Camere Apostolicæ iura persolueret, aboqui lapso semestri, beneficium ipsa vacare censeatur. Cum autem Sebastianus, possessione adeptus, post tres menses spoliatus fuisset, atque Antonius vigore gratiæ, si neutri, causam commiserit, eū que citari fecerit de tempore ipso dubitabat, & post multam disputationem, conclusum est, propter equitatem, ipsum tempus non currere, nisi à die pacificæ possessionis, quoniam magnus rigor existeret, vt spoliatus Bullas expedire teneatur. Sed quid si per sex menses, vtrum non pacificè possederit? In materia expeditionis nunquam consideratur, vtrum pacificè possideret, quoniam si lite pendente, gratiam aliquam subrogationis, aut si neutri, vel perinde valere, gratis expedire vellet, eod quod pacificè non possidet, parum sibi prodesset, omnino enim expedire debet. Sed frequentiori calculo contrarium conclusum est, quoniam non est intentio Papæ, quod non habens possessionem literas expediat, qui autem pacificè non possidet, possidere non dicitur. Verba in dubio de potiori significata accipienda sunt, & ita de possessione pacifica.

In mandato. Ex decisione eiusdem 8. de concessione præbendæ. Ioannis Hobedani.

Tempus appellacionis profequendæ quando incipit. Cap. V.

Hoc tempus a pellationem, siue fatalia profequenda, à die interpositæ appellacionis, non autem à die præsentate commissiois carceris incipit, & quamvis stylus Curie decem dies det ad appellacionem committendam, & ita terminus hominis in termino legis computari non videbatur, nihilominus contrarium conclusum est, terminum hominis in termino legis computari, eidemque impetandum est, qui statim causam committere potuit, & non fecit.

Hoc tempus. Ex decisione eiusdem 56. parte 2. Iacobi Putei.

Tempus immemorabile quod dicatur. Cap. VI.

Vtrum tempus octoginta quinque annorum immemorabile dicendum sit, variæ fuere opiniones, sed Rota semper arbitrata est, quod se præiungat anni tempus antiquissimum dicatur. Non tamen hoc octoginta quinque annorum immemorabile dici debet, nam cum per scripturas probentur, etiam de antiquiori per alias probari poterat: In probationibus autem per testes, secus est, nam cum in infantie tempus deducendum sit, ad minus nonaginta annorum esse debet, qui de antiquissimo tempore deponere vult. Post tempus immemorabile, quilibet titulus allegari potest, sed hoc non nisi centum annorum spatium haberi potest. Quamobrem octoginta quinque anni non sufficiunt: Si tamen ultra instrumentum fama per testes probaretur, tunc immemorabile dici potest, ita ut quilibet titulus, etiam fundacionis allegari possit.

Vtrum tempus. Ex decisione eiusdem 213. parte 1. Iacobi Putei, & decisione 583. parte 4. in Quisissimis Seraphini.

In quibus casibus tempus ad probandum datum, non currat. Cap. VII.

AD probandum concessum tempus non currit, si disputatur, & cognoscitur, utrum articuli probatorij, vel positiones probare volentes admitti debeant. Idem quoque est dilatio pendente ad respondendum positionibus, vel dicendum de impertinentia. Idem iuris est, si de personæ legitimacione disputetur ante litem contestationem, nam tunc etiam non perit instantia, quamvis decem annis super hoc lites haberent. Idē quoque est, quando tempus propter preiudicium, vel inducias labitur, & generaliter locū potinet, ubi tempus ad aliquid faciendum parti præfixum, culpa, & per malitiam, siue dilaciones frustratorias partis labitur.

Ad probandum. *Ex decisione Camera Imperialis 99. parte 2. Ioachimi Misyngery.*

Tempus probandi est continuum. Cap. VIII.

Commuue tempus continuum dicitur, & ita tempus probandi, vt enam tempore feriato corrat, siue ferre tolerentur, siue de penitentia, licet hoc casu restitutio in integrum concedenda sit, pro quanto feriarum tempus extenditur.

Commune. *Ex decisione Parlamenti Delphinalis 35. parte 1. Francisci Martei.*

De tempore interponende appellationis.

Cap. IX.

Decem dies, qui dantur ad appellandum, à tempore solutæ sententiæ currere incipiunt, ita vt ille dies, in quo lata est, pariter computetur, quod ita temperandum est, si modò sit facultas ad eundem iudicem, qui sententiam tulit, vel ad quem prouocatur, sufficit enim alterutrius ad eundem copiam extrinsece, videlicet, cum iudex in publico se ostendit. Vbi obseruatur, vt pars appellare volens coram notario procefferit, atque appeller. Item currunt, si præsentē principali, vel eius procuratore sententia proferatur, nam si eo absente, tunc à die scientiæ currere incipiunt, ne fraudi sit cui ignorare sententiā: Quamobrem tempus ad appellandum indultum ab initio vtile est, & quò ad progressum continuum.

Decem dies. *Ex decisione Camera Imperialis 2. parte 2. Ioachimi Misyngery, & decisione Rota Marcia 124. Stephani Gratiani.*

Tempus ad appellandum quando currat.

Cap. X.

Non solum de iure communi, verum etiam ex ordinatione Camere disponitur, non posse longius tempus ad appellandum concedi, quam decendum, quod currit, compromisso, aut pacto partium non obstante, item à tempore late sententiæ, ita vt computatio fiat de momento ad momentum, & vniuersimert in omni appellatione locum habet, siue ab actu iudiciali, siue extraiudiciali interposita fuerit. Si post decem dies appellatum fuerit, & nihil opposito sententia lata fuerit, nullo modo valet.

Non solum. *Ex decisione eiusdem 11. parte 3. & decisione 95. parte 5. Ioachimi Misyngery.*

De eodem, & an possit prorogari. Cap. XI.

Decendum igitur, quod ad appellandum datur à partibus prorogari non potest, et si compromissum fuerit, nam, & hoc desertionem non impedit: In fatalibus autem secus est, quæ ad prosecutionem indulgentur, quoniam quocumque partium consensu prorogari possunt.

Decendum. *Ex decisione eiusdem 68. parte 2. Ioachimi Misyngery.*

TERMINVS.

Terminus legis parte replicante non currit. Cap. I.

PER Regiam Pragmaticam disponitur, quòd reus intra triduum exceptiones dilatorias allegare debeat, easque intra quinque dies immediatò sequentes probare, & cum actor contra illas oppositas replicauerit, ita vt quinque dies elapsi fuerint, visum fuit etià ad illas probandas admitti debere, quoniam actore replicante, terminus non currit: si verò nõ contradixerit, & iudex exceptiones non rejiciat, admittit videatur.

Per Regiam. *Ex decisione Consilij Neapolitani 83. Antonij Cappici.*

Testes iurati in termino, an & quando possint postea examinari. Cap. II.

Cum in termino legali verserim, videlicet à statuto Genue assignato licet testes infra illum iura uerint, tamen post elapsum examinari non possunt, vbi enim infra terminum probare debent, nisi etiam deponant, iuramenta non sufficiunt. Verba legis de re integra, & perfecta probatione intelligenda sunt, aliàs frustra disponeret, dilatio finita, ad executionem procedendum esse, nam interim ipsa testium examinatio expectanda esset. In dilatione data à iudice alteri dicendum est, nã si testes iurauerunt in termino, etiam postea examinari poterunt.

Cum in termino. *Ex decisione Rotæ Genæ 4. Flamini Cartarij.*

Terminus statuti ad aliquid præfixus prorogari non potest. Cap. III.

STATUTO disponitur, quòd nisi reus conuentus, contra quem mandati executio petitur, solutionem intra quindecim dies probauerit, confirmatio ipso iure pro facta habeatur, & licet per aliud statutum disponatur, iudices omnem terminum prorogare posse, tamen huc terminum in alterius præiudicium nullatenus posse visum est.

Statuto. *Ex decisione eiusdem 100. Flamini Cartarij.*

Terminus statuti facto partis suspendi potest. Cap. IIII.

Impedito propter factum aduersarij terminus statuti non currit terminum statuti neque tolli, neque eueniri posse, sed suspendi, ne ob aduersarij moras currat, conclusum est.

Impedito. *Ex decisione eiusdem 121. Flamini Cartarij.*

Dies termini non computatur. Cap. V.

TERMINUS intelligitur de diebus proximis, & ideo ipsa dies in termino non computatur, hæc sententia communissima est, vt vbi libet obseruatur, quamobrem Camera vti vtiorem amplectendam, & contrariæ præferendam esse statuit. Tempus postquam currere incipit, de momento ad momentum computatur.

Terminus. *Ex decisione Camera Imperialis 15. parte 5. Ioachimi Misyngery, & decisione Gratiopolitana 271. Guidonis Pape, & decisione Rota Spiresis 94. parte 3. Gasparis Anglicani.*

De eodem. Cap. VI.

Sed in Rota cõclusum est ipsam diem in termino ad articulandum computari, nam prima dies erit in prima mēsis, & ipse terminus in duodecima terminus est. Sed in Rota. *Ex decisione Rota Romana 703. parte 3. lib. 3. in Nouissimis Tboloci.*

Termi-

Terminorum reiterandorum tempus est utile.
Cap. VII.

SI mandetur Auditori quod omnes terminos iudicialiter servatos infra octo dies repetat, illi sunt utiles, & non contumeli.

Si mandetur. *Ex decisione eiusdem 1. de dilationibus in Novis.*

Termini intimatio quomodo necessaria.
Cap. VIII.

SI termino cum intimatio prefixo, intimatio facta non fuerit, actus postea factus nullus est, quia dilatio non currit, donec intimatio facta fuerit, & ideo actus dilato pendente factus est.

Si termino. *Ex decisione eiusdem 174. parte 1. Iacobi Putei.*

Terminus quando impeditur currere.
Cap. IX.

Donec disputetur, utrum quis ad probandum, siue proponendum admitti debeat, terminum datum non currere plures decem est. Nam pendente dubio an restitutio peti possit, ipsum quadriennium non currit, donec iudex deliberet, an articulos pertinens sit, dilatio data dormit.

Donec. *Ex decisione Regni Neapolitani 286. Francisci Vinij.*

De termini prorogatione. Cap. X.

AD concludendum terminus datus, propter aliquas causas prorogandus est, nisi longius prorogaretur, appellari possit.

Ad concludendum. *Ex decisione Rota Romana 9. de indicij in Antiquis.*

De eodem. Cap. XI.

SI terminus elapsus est, prorogari non potest, & ita iure communi, & ordinatione Camere cautum est. Si terminus. *Ex decisione Rota Spirensis 99. parte 4. Gasparis Guglielmi.*

Terminus datus in sententia prorogari non potest. Cap. XII.

Pronunciatione dicta, quod nisi infra quinque dies aliquid relevans probaverit, teneatur, illis elapsis prorogatio concedenda non est, quoniam in alterius preiudicium faciendi non est, terminus in sententia datus prorogari non potest.

Pronunciatio. *Ex decisione Rota Genue 108. Flamini Cararij.*

Terminus iuris municipalis prorogari non potest. Cap. XIII.

Cum ob termini destinatione, executio, atque missio facta fuerit, in partis preiudicium prorogatio faciendi non est, eoque magis, quia mensis prorogandus non est.

Cum ob termini. *Ex decisione regni Sicilia 178. Gasparis Mastrelli.*

Terminus legis non potest fieri brevior.
Cap. XIV.

A lege, absque omni ministerio terminus datus, brevior a iudice fieri non potest, & ita annus ad prosecutionem appellacionem datus, integre compleri debet.

A lege. *Ex decisione Cappella Tholosane 198. Joannis Corserii.*

De eodem. Cap. XV.

Interduum propter magnam causam brevior factus est.

Interduum. *Ex decisione eiusdem 427. Joannis Corserii.*

De terminis non reiterandis. Cap. XVI.

Si terminus ad probandum datus elapsus est, & neutra partium aliquid fecit, actor petens, reintegrari, obtinere non debet.

Si terminus. *Ex decisione Consilii Neapolitani 82. Antonii Cappelli.*

De eodem. Cap. XVII.

Si termini substantiales in partibus usque ad illum actum servati fuerint, a quo ad sedem Apostolicam appellatum fuit, postea coram Auditore reiterandi non sunt, quoniam ius parti questum, per stylum Palatii auferendum non est, & in liris prorogatione gravaretur. Tamen nos communiter recepimus ab initio casus, quia processus, qui de partibus portantur, modicum valent.

Si termini. *Ex decisione Rota Romana 74. Egidij Bellocera.*

De prefixione termini ad expediendam causam.
Cap. XVIII.

Prefixio termini duorum mensium ad expediendam illegitimitatis causam, non accipitur indilincte, sed quando de malitia constat.

Prefixio. *Ex decisione eiusdem 223. parte 3. Iacobi Putei.*

Termini substantiales quando possunt breviores fieri.
Cap. XIX.

Quando causa nullis terminis servatis committitur, sed quod sola facti veritate procedatur, termini ad Auditoris arbitrium breviores fieri possunt, totum tamen omitti non possunt. Itaque nullo tunc iure no ad libellandum dato, terminus octo, vel decem dierum ad dandum articulos, & concludendum assignari poterunt, ut verba aliquid operum.

Quando causi. *Ex decisione eiusdem 15. De rescriptis in Antiquis, & decis. 24. par. 3. lib. 3. in Novissimis. Fabij.*

Cap. XX.

Vbi in aliqua causa principaliter de nullitate agitur, tunc termini Sacri Palatii servandi sunt, si casus est, si incidenter.

Vbi in aliqua. *Ex decisione eiusdem 24. De indicij in Antiquis.*

Terminus male servati in prima instantia reassumuntur in secunda in Rota. Cap. XXI.

Si a sententia diffinitiva Auditoris Camere, aut alterius cuiuscunque iudicis ordinarij in Curia, vel extra Curiam appellati contingerit, atque causam appellacionis in Rota communiti, termini solum, inquam in prima instantia servandi sunt: Nam licet re vera secunda sit, tamen, quia neq; coram Auditore Camere, neq; alibi servati consueverunt, Domini voluerunt, q; per omnia servarentur. Nisi in prima instantia servatos fuisse constaret, tunc enim termini tantum in secunda instantia servari consueverunt, servandi sunt.

Si a sententia. *Ex decisione eiusdem 26. De indicij in Antiquis, & decis. 4. De appellacionibus in Novis.*

Termini substantiales servandi sunt. Cap. XXII.

Omnes termini substantiales non servati, vel factum illi quatuor, qui de substantia exsunt, sententiam nullam